









3.

# HELMOLDI HI storici ac Presbyteri Ec

CLESIAE LVBECENSIS HISTORIARVM LIBER,  
scriptus ante annos penè 400. & ab autore inscriptus Chronica Slavorum,  
quòd contineat historiam de conuersione Slavorum seu Vindalorum ad re-  
ligionem Christianam, regionumq; ac gentium ad mare Balticum situ ac  
rebus gestis, à tempore Caroli Magni, usq; ad tempora Imp.  
Friderici Barbarossæ, antehac nunquam  
editus.

INSERTAE SVNT ET DE ROMANIS IM-  
peratoribus memorabiles historia, dignæ  
cognitione.

Editus studio M. Sigismundi Schorckelij Naumburgensis.

Frankoforti apud Pe-  
trum Brubachium, Anno M. D. LVI.

scripsit et  
vixit ante  
annos circi-  
ter quatuor-  
centos.

Lips. in  
Lecanio c.  
4 in f. h. h.

Edil. omnium  
prima. cf. Pogg  
p. 334. et Hagedorn  
Anal. p. 433.



THE NATIONAL  
Archives

RECEIVED  
JAN 10 1964  
U.S. NATIONAL ARCHIVES  
COLLEGE PARK, MARYLAND



RECEIVED JAN 10 1964

232308 I

U.S. NATIONAL ARCHIVES

U.S. NATIONAL ARCHIVES

U.S. NATIONAL ARCHIVES

# ILLVSSTRISSI mo Principi & Domi-

NO, DOMINO IOHANNI FRIDERICO DVCI STE-  
tini, Pomeraniae, Cassuborum, & uetustae gentis Henetae, &c. Principi  
Rugia, & Domino Caycorum, S. D.



*T* si in saeuissimis tepestatibus nauis undiqs  
procellis quassata, mirabiliter tamen serue-  
tur, sic manifestu est inter assiduas & hor-  
rendas gentium confusiones, & imperioru  
ruinas, Ecclesiaduinitus seruari ne pror-  
sus intereat, quae tamen alias magis, alias minus frequens est,  
ut exigua erat, cum in Iudaea Pharisei & Sadducei domi-  
narentur, qui in suis agminibus lucem uerae doctrinae extinx-  
erant, Quae tamen interea conseruata est in Zacharia, Si-  
meone, Maria, Elizabeth, Hanna, Ioseph, & in coetu me-  
diocri qui horu uocem audiebat & amplexcebatur. Na etsi  
impia multitudo longe superabat, tamen aliquis fuit uerae Ec-  
clesiae coetus, & dissimillimus Cyclopum & centauroru ex-  
ercitibus, sed sapientia & uirtute excellens, & pulcherrimo  
foedere consociatus, uidelicet filio Dei docente mentes, ut in  
agnitione Dei consentirent, & spiritu sancto accedente &

consolāte pectora, ut similia fierent uerbo Dei. Estq; testi-  
 moniū illustre præsentiæ Dei in Ecclesia, hæc miranda pro-  
 tectio & cōseruatio. Vagabātur in Iudæa exercitus colle-  
 cti ex genere militū libidinoso, rapacissimo, et crudelissimo,  
 ex Aegyptijs, Syriacis, Arabicis, Parthicis fugiti-  
 uis, qui formosis et ingeniosis insidiabantur. Interea tamen  
 Maria, soror eius, & alie, quæ non solum propter for-  
 mas, sed multo magis propter sapientiam celebres erant, te-  
 gebantur in suis casis, in oppidis non munitis, inter cunas,  
 & in itineribus. Cum igitur certissimum sit, & colligi in  
 genere humano æternam Ecclesiam, & seruari eam diui-  
 nitus, singuli hæc mirāda Dei opera, & consideremus, &  
 magnificiamus, & uocati ad Ecclesiæ societatem, hoc in-  
 gens beneficium agnoscamus, & Deum uera gratitudine  
 celebremus. De hac læticia & graatitudine cum sæpe alias  
 concionatur filius Dei, tum uero dulcissime inquit de eo, qui  
 inuento Margarito generosissimo, lætus uendit omnia, ut  
 emat illam gemmam, quæ uincit omnes Thesauros. Nec ue-  
 ro insuauis collatio est gemmæ ad Euangelium. Scribitur  
 conchas in uere cum ardentissima siti incitatae in littus ena-  
 tant rorem appetentes, concipere semen gemmæ ex dulcissi-  
 mo rore, camq; nasci purissimam, cum circa illud tempus mul-  
 ta sunt tonitrua & fulmina. Nomen est patrum Bargarith,

quod



quod significat purissimam crustulam. Vna litera apud alias gentes in cognatam literam mutata est, Margarith, id est, amara crustula. Vtraq; appellatio ad filium Dei, & ad Euangelium congruit, Verissime est purissima crustula, id est, massa generis humani filius Dei natus ex Virgine, propter quem, & per quem tota massa seruata est. Idem fuit amara, id est, moesta & ingentibus doloribus oppressa crustula, cum pro nobis uictima fieret. Est & Euangelium crustula, id est, doctrina purissima de Deo, & simul est sermo crucis. Vt autem ros coelestis semen est geniturae, ita ros coelestis, uidelicet ipse filius Dei, uoce Euangelij gignit in mentibus uitam & lucem. Cum autem inter horribiles confusiones seruet Ecclesiam filius Dei, aliquos Principes ad hoc ingens decus exuscitat, ut praebeant ei hospitium, ut Abraham, Isaac, Iacob, mediocria hospitia tribuuntur. Et postea Constantinus, Theodosius, & alij quidam sapientes & pii, erga Ecclesias benefici fuerunt.

Quod igitur filius Dei, inclutum Principem patrem tuum Ducem Pomeraniae Philippum, simul utroq; beneficio ornauit, uidelicet ut & ipse in uera Ecclesia Deum inuocet, & ei tranquillum hospitium praebeat, pro his tantis bonis, & uos ipsi, & patria, & uicinae regiones, Deo gratitudinem debent, Ac te praecipue haec bona iam consyderare.

Et magnificare. Ea est ætas, ut iam in historiæ lectione præ-  
 cipue considerare debeas, quales Et regnorum mutationes,  
 Et quibus de causis extiterint, Et quomodo Deus Ecclesiã  
 inter tot gētium confusiones inde usq; ab initio collegerit, Et  
 seruauerit, Et adhuc colligat Et seruet. Ideo hanc historiã,  
 scriptam de uicina uestra, ad Celsit. T. mittimus, in qua  
 narrantur, Et bella uestri littoris, Et historiæ quædam de  
 doctrinæ Christianæ propagatione in illis locis. Vellem etiã  
 planius scriptum esse de genere doctrinæ, quod ante mona-  
 chorum ætatem existimo propius fuisse fontibus, Sed nunc  
 grati beneficium Dei celebremus quod rursum ostendit pu-  
 ros fontes, Et curemus illustribus monumentis explicatam  
 doctrinam posteris tradere. Hæc pietas Deo grata est, qui  
 Et uicissim benefaciet Principibus, qui Et fouere Eccle-  
 sias, Et conseruare doctrinæ puritatem  
 student, Bene Vale.

Cels. T.

addictiss.

Philippus Melanthon.

# ILLVSSTRISSI mo Principi ac Domi-

NO, DOMINO IOHANNI FRIDERICO DVCI STE-  
tini, Pomeraniae, Cassuborum, & uetustae gentis Henetae, &c. Principi  
Rugiae, & Comiti Guczkouiensi, Domino  
suo Clementissimo S. D.



Rauissimo & consentienti omnium sapientum iudicio constat, illustrissime Princeps, & Domine clementissime, cum uniuersae hominum uitae, tum praecipue summis uiris, qui res pub. moderantur, plurimum prodesse historiarum cognitionem. Cum non sit dubium curam duarum rerum omnium maximarum & praestantissimarum, religionis uidelicet atque imperiorum, maxime ad omnes pios & sapientes gubernatores pertinere, utraque de re in historiis extant plurimae atque utilissimae commonesactiones. Nam & exempla praestantium uiro- rum multae historiae proponunt, qui excellenti eruditione, uirtute & felicitate diuinitus ornati, res publicas bene & sapienter constituerunt, aut rexerunt, quibus certum est generosas mentes ad studium atque imitationem uirtutis mirifice accendi: & multa etiam alia utiliter prudentem Lectorem monent, de uariis consiliis, euentibus, periculis, impedimentis, atque omnibus denique negotijs quae in gubernatione incidunt, dum non solum initia & incrementa imperiorum, sed causas etiam & occasiones uariarum mutationum exponunt, & quae res decus & salutem, quaeque uicissim inclinationes, ruinas, aut exitium imperijs attulerint, e quibus facile diligens & sagax gubernator ad suum usum plurima transferre potest. De religione uero sacrae et Ecclesiasticae historiae, multa illustria exempla commemorant, de mirabili & perpetua conseruatione uerae Ecclesiae Dei, de exordiis, progressibus ac paenis uariarum superstitionum, de paenis idolatriae & haesum, de paenis aliorum impiorum, & similia. Varios etiam piorum Principum labores, certamina, pericula, & liberationes describunt, ut Davidis, Ezechiae, Constantini, Theodosij, & alio-



rum, quorum exemplis, cum secundis tum aduersis in rebus piorum animi erudiuntur & confirmantur. Quare utilitatis magnitudo, omnibus ætatibus sapientes gubernatores ad historias cognoscendas inuitauit. Ac ne longius ex uetustate aut peregrinis gentibus petita exempla proferam, accipimus sapiētiæ & bonitatis laude præstantem Principem Palatinum Philippum, Celsitudinis. T. proauū, singulari cognoscēdarum historiarum studio flagrasse. Cūq; haberet secum uirum rara & excellenti eruditione clarum Rodolphum Agricolam, iussit ab eo multa sibi uerti ex Græcis historijs, & integram Monarchiarum seriem, ex sacris Biblijs, & historicis Græcis & Latinis contexi, ut & ordinē rerum melius uidere ac memoria completi, & incrementa atq; inclinationes Monarchiarum, earumq; causas, considerare posset. Nota est etiam, & multorum sermonibus & literis celebrata laudatissimi Principis auunculi tui Iohannis Frideris Ducis Electoris Saxoniae, in euoluendis omnium temporum & gētium historijs singularis diligentia & assiduitas, quæ res illi etiam aduersis in rebus non tantum solatio, sed ornamento etiam atq; usui fuit. Habent enim cum omnes bonæ literæ, tum in primis rerum gestarum notitia, cum honestissima animi oblectatione coniunctam infinitam, & omnium opinione maiorem utilitatem. Cum autem Cels. T. ea iam sit ætate, ut, quemadmodum Poeta inquit, Heroum laudes, et facta parentis iam legere, & quæ sit possis cognoscere uirtus, nec dubitem celsitudini Tuae, multiorum laudatissimorum Principum exemplo, gratam esse historiarum lectionem, uolui sub Cel. T. patrocinio in publicum emittere ueterem historicum Helmoldum, antehac quod sciam, non editum, & ut præberem hoc modo aliquam erga Cels. T. debitæ obseruantiae meæ significationem, & ut ipsi authori antehac paucis cognito, ex illustrissimi nominis uestri splendore aliquid accederet commendationis. Accessit & hæc causa, quòd cū superioribus annis liberalitate illustrissimi & multarum uirtutum ac sapiētiæ laude excellentis Principis, parentis tui Domini Philippi Ducis Pomeraniæ, domini mei clemētissimi, in Academia uestra Gryphisuualdēsi bonas literas honesto stipendio docuerim, cupiā hoc qualecunq; dedicationis officio, cum maiora præstare non possim, gratitudinem animi mei declarare. Ac feci hoc eò etiam libentius, quòd Reuerēdus, & omnis uirtutis & eruditionis laude clarissimus uir. D. Philippus Melanthon, præceptor meus uenerādus, cum historicum hunc ei legendum exhibuissem, ad edendum eum me non solum est adhortatus, sed operam etiam suam ad editionem ultro mihi obtulit.

Continet

Continet autem hic liber à tēporibus Caroli Magni, usq; ad Imperatorem  
 Fridericum Barbarossam annorum serè trecentorum septuaginta historiam  
 tam Ecclesiasticam quàm Politicam regionū quæ ad mare Balticum sitæ sunt,  
 quas eo tempore tenuit gens Slauica, seu, ut nunc usitatum est appellari, Vuā  
 dalica, uetustæ gentis Henetæ portio, quæ cū ignara Christianæ religionis  
 idolorū cultui tunc esset adhuc dedita, magno studio, multis etiam prælijs &  
 laboribus piorum Imperatorum, & Germanicorum Principum tandem ui-  
 cta & ad religionem Christianam adducta est. Quare etiam de Romanis Im-  
 peratoribus, item de Daniæ regibus nonnullæ insignes historiæ insertæ sunt, di-  
 gnæ cognitione. Multa alia quoq; insunt, non indigna lectu, origines aliquot  
 magnarum urbium, exempla punitæ impietatis, superbæ, tyrannidū, ac per-  
 fidie. Aliquot etiam tristes casus bonorū & innocētum principum commemo-  
 rat, quæ historiæ, & de infirmitate humanæ naturæ, et de odio Diaboli gras-  
 santis inmani seuitia aduersus optimos quosq;, & multis alijs de rebus lecto-  
 rem commonefaciunt. Cumq; in historijs præcipuè sint obseruandæ, Religio-  
 num atq; Imperiorū mutationes, utriusq; insignia exempla cōtinent historiæ  
 Baltici littoris, quæ partim in alijs, maxima uero ex parte in hoc scriptore  
 extāt. Romanæ historiæ uetustiores, Sueuis sedes ad mare Balticū attribuūt,  
 in uestra Pomerania, & uicina Marchia Brandenburgensi. Hi postea regio-  
 nes inter Albim & Rhenum occuparunt. Postremò inde quoq; in Rhetiam  
 trāsierunt. Post Sueuos, tenuerūt regiones ad mare Balticum, Vuandali, Bur-  
 gundiones, & Angli. Deinde hi quoq; emigrauerunt, Angli in Britanniam,  
 Vuandali cum Burgundionibus primo in Gallias, in quibus nouas sedes Bur-  
 gundi occuparunt, quas nunc quoq; tenent. Vuandali uero cum parte Sueuo-  
 rum transferunt ex Gallia in Hispaniam, tandem etiam in Africam trāsgres-  
 si sunt, quam postquam circiter centum annos tenuissent, postremò ductu Bel-  
 lisarij ab Imperatore Iustiniano, longo bello funditus sunt deleti. Ac Sueuos  
 quidem, Anglos, & Burgundiones, Germanicas gentes fuisse, & germanica  
 lingua usos esse, nulli est dubium: de Vuandalis uero, diuersæ eruditorum sen-  
 tentiæ sunt. Nonnulli enim hos quoq; germanos fuisse existimant, quòd & ue-  
 teres scriptores, ut Cornelius Tacitus, & Procopius, eos germanis annuncie-  
 rent, & propria eorum nomina simillima germanicis, indicio sint eos lingua  
 etiā germanica usos esse: alij uero non distinguunt Slauos à Vuandalis, sed ut-  
 trosq; eundem populum, & eiusdem linguæ & originis fuisse putant, quæ sen-

tentia ferè uulgo recepta est. Sed cuiuscunq; originis, siue Germanicæ, siue Henetæ, Vuandali fuerint, cum non multum ad institutam narrationem pertineat, omitto, illud certum est, reliquijs Vuandalorum ad mare Balticum, admixtos fuisse Slauos, quorum historiâ hic noster Helmoldus describit, & hos lingua ostendit fuisse partem uetustæ & multorum literis celebratæ gentis Henetæ, quæ uetustissimis temporibus ex Asia in Europam transgressa, multas in ea prouincias complexa est. Slaui itaq; post Sucuos, Anglos, & Burgundiones, tenuerunt totum illum maris Baltici tractum, & præterea alias etiam Germaniæ regiones non paucas. Cumq; essent in eo littore à Prussia usque ad Holsatiam, & usq; ad Albim fluuium multi Slauorum populi, quos cap. 2. hic noster historicus ordine recenset, celeberrima ex ijs gens Pomeranica, tempestiue & religionem Christianam, & societatem Imperij Romani amplexa est, Reliqui uero Slauorum populi ad mare Balticum propter incredibilem in tuendis Idolatrijs pertinaciam, & crebras rebelliones, ab Imperatoribus & inclytis ducibus Saxonie, longis bellis attriti & in seruitutem redacti, postremò maxima ex parte deleti sunt, & à Saxonia & Frisia, & Germania inferiore deductæ sunt Colonia Germanorum in ea loca quæ Slaui tenebant, quod tempore Imperatoris Friderici Primi accidisse hic noster historicus recitat. Tot ac tam uarias populorum imperiorumq; mutationes, una hæc littoralis Baltici maris ora intra annos 1200. perpeffa est. Ex quibus satis apparet, quam omnia humana sint mutabilia, caduca, & incerta.

Nec pauciores fuerunt ijs ipsis in locis religionum mutationes. Saxoniam idolis seruientem primus ad religionem Christianam adduxit Carolus Magnus, & ut conseruari ac latè spargi doctrina Euangelij posset, aliquot in ea episcopatus condidit, ut Hamburgensem & alios, ibiq; uiris pijs ac doctis commendauit etiam inter uicinas gentes ethnicas propagationem cælestis doctrinæ. Et ne deessent Ecclesijs idonei ministri, addidit Episcopis collegia Canonicorum, quæ essent uelut Scholæ Theologicæ, in quibus homines modesti erudirentur, cum uerbo Dei, tum alijs artibus ac linguis, quæ docentibus in Ecclesia sunt necessaria. Hæc fuit forma ueteris Ecclesiæ in Germania, quam satis luculenter initio sui libri hic historicus describit. Episcopi ipsi docebant populum, ac doctrinam Euangelij inter ethnicas gentes spargebant, & socios huius laboris & ministerij ex collegijs suorum Canonicorū assumebāt. Ita enim expresse Helmoldus cap. 17. scribit: ideo Hamburgi collegiū 12. Canonicorum fuisse



fuisse constitutum ut conuerterent populū ab errore idolatriæ. Ac fuisse pri-  
mos illos Saxonicos episcopos, egregios doctores Euangelij, ac præsantes ui-  
ros, ornatos spiritus sancti testimonijs, adeoq; uerè pios episcopos, & hoc no-  
mine dignos, ut Ansgarium Hamburgensem, & similes, res ipsa ostendit.  
Nam doctrinam Euangelij, summo suo cum periculo, inter idolatricas gentes,  
in Saxonia, Dania, Suedia, Noruuuegia, Frisia, & inter Slauos latè circumtul-  
erunt & plurimos adduxerunt ad agnitionem Filij Dei. Sed Slauos repudian-  
tes doctrinam cælestem, & subinde rebellantes, fortissimus Imperator Otto  
primus, armis uicit, & Caroli Magni exemplo ad religionē Christianam ad-  
duxit, & conseruandæ ac propagandæ doctrinæ causā, episcopatum Magde-  
burgensem, & alios quosdam constituit. Ita pio optimorum Imperatorum  
studio subinde latius in hac Boreali plaga mundi Euangelium disseminatum  
est, & Ecclesiæ constitutæ. Sed non longè post, Diabolus ardens odio filij Dei,  
ut hunc Euangelij cursum impediret, & fraude, & aperta uī Ecclesias con-  
cussit. Nam Slauī, qui primo cura piorum Imperatorum ac Principum de re-  
ligione Christiana recte & diligenter à pijs doctoribus erant instituti, non  
longe post ab eadem publicè cū suis Principibus descīuerunt, & impetu in Ec-  
clesias factō, doctores pariter atq; auditores Christianæ religionis trucidā-  
runt. Deinde post multos annos rursus ad Christum adducti, etiam secūdo &  
& tertio à fide deficientes, ad ethnicas idolatrias redierunt. Tanta Diaboli  
est potentia ad fascinandos eos qui ueritatem fastidiunt, tamq; pertinaciter  
hærent errores longa consuetudine firmati. Postremò cum armis à Christia-  
nis Principibus domiti, in ditionem pariter ac religionem uictoris concede-  
rent, paulatim, ut tota Germania, multas superstitiones receperunt pugnan-  
tes cum uerbo Dei, & Propheticæ atq; Apostolicæ doctrinæ consensu. Nam  
in collegijs & reliquis Ecclesijs etiam paulatim fraude Diaboli, & episcopo-  
rum negligentia, pro uera religione obreperunt uariæ superstitiones, de uo-  
tis, de cælibatu, inuocatio sanctorum, prophanatio cænæ Domini, & aliæ,  
quibus omnibus fenestram aperuit, quòd iam olim in admiratione fuit mona-  
chatus. Episcopi etiam, neglectis sacrarum literarum studijs, cæperunt ambi-  
tione, fastu, pompa, imo armis quoq; certare cum potentissimis Principibus  
& Imperatoribus. Interea homines indocti cumularunt superstitiones et  
errores. Ita res ostendit quàm sit difficile in tanta humanarum mentium  
infirmirate, in tantis opinionum confusionibus, quas sæuissimi hostis Diaboli



malicioſa aſtutia omnibus temporibus ueritati, tanquam nebulas aliquas, offundit, incorruptam cœleſtis doctrinæ ſententiam firmiter retinere. Ac manifeſte in hoc ipſo hiſtorico apparet, quantum poſteriorum temporum Eccleſiæ & Epifcopi, à prioribus degenerarint. Haſ maximarum rerum, religionum uidelicet atq; imperiorum mutationes conſiderare, excellen-  
tibus ingenijs, & Principibus uiris digna cura eſt. Cumq; talia multa in hoc hiſtorico extent, ſpero eius editionem candidis lectoribus non fore ingratam. Eſt autem ſtylus eſt incultior, & alicubi non ſatis Latinus, (quod quidem uitium non tam authori quàm temporibus eſt imputandum, ſcripſit enim ante annos penè 400. regnante Imperatore Friderico primo, quo tempore & Latina lingua, & omnes bonæ artes ſæda barbarie contaminatæ atq; obrutæ iacuerunt, nec eſt cur quiſquam Liuianam aut Saluſtianam eloquentiam in homine Saxone, illius ætatis atq; loci requirat) tamen hiſtorica multa, bona atq; utilia continet, & quæ in alijs ſcriptoribus non habentur. Quare illuſtriſſime & clementiſſime Princeps, cum Celf. T. hæc antiquitatis monumenta non ingrata eſſe exiſtimem, oro ut Celf. T. clementer hunc ſcriptorem ſuſcipiat, meumq; in dedicando officium boni conſulat. Deum æternum, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti precor, ut ad gloriam nominis ſui, & Eccleſiæ ac reipub. utilitatem, Celf. T. cum inclytis parentibus omni tempore clementer gubernet ac tueatur. Bene & ſæliciter ualeat

T. Celf. Datæ Naoburgi Calendis Septembris, Anno à nato Chriſto redemptore 1556.

T. Celf.

Additiſ.

Sigifmundus Schorckel Naumburgenſis.

# INDEX CAPI-

## tum ac rerum præci-

### puarum huius libri.

<b>D</b> E distinctione Slauorum, qui sint Dani, Sueones, Russi, Poloni, Prussi, &c.	1
De Slauis accolentibus mare Balticum, & ciuitate Vinneta	4
Quomodo Carolus Magnus Saxones ad fidem conuerterit, & studium eius in propaganda religione Christiana	7
De diuisione regni Romani post Carolum Magnum, & quòd Roma fuerit adhuc subiecta Imperatoribus post Carolum Magnum	10
De profectione S. Anscarj in Suecia, & euersione ciuitatis Hamburgæ à Danis, ac eiusdem instaurationem de ciuitate Byrca olim præcipua in Suecia.	12
De cõuersiõe Rugianorũ, & de pertinacia Slauorũ in retinenda idolatria	14
De irruptione Nortmannorum in Germaniam & Galliam tempore Caroli Crassi circiter annum 884, & de ducatu Nortmanniæ in Gallia	16
De irruptione Vngarorum in Germaniam & de Conrado primo	18
Conuersio Haroldi regis Daniæ, & de Ottone primo	21
De Saxonie duce Hermanno, & de rebus gestis Ottonis primi	22
De Adelberto primo Archiepiscopo Magdeburgensi	24
De Marcone primo Episcopo Aldenburghensi	25
De Vuagone Episcopo Aldenburghensi, & de ciuitate Mekelnburg	28
De dolo & perfidia Billug reguli Obotritorum	29
De Suein rege Danorum & laude Haroldi regis Danorum, item Suein uicinus Saxoniam, ac Dani uicissim casti à Saxonibus	33
Quomodo Slaui fidem Christianam reliquerint, & de Bernhardo duce Saxonie	37
Succesio Aldenburghensium & Hamburgensium episcoporum	40

De instauratione Aldenburgerſis Eccleſie à ſlauiſ euerſe	41
De Godſchalco Principe ſlauiſ perſequēte Chriſtianos eiſq; pœnitentia	
44. item de fide & pietate Godeſchalci	46
De pugna Tolenzorum, et de auaricia gubernatorũ deſormans Eccleſias	49
De rebellionẽ ſlauiſ, & de origine epiſcoporum Racisburgerſis & Me kelburgerſis &c.	50
De paſſione Sancti Iohannis epiſcopi	52
Tertia deſectio ſlauiſ à religione Chriſtiana	53
De Crucone Idolatra & tyranno, & de duce Magno Saxonie	54
Exemplum egregij proditoris	58
Interſectio Buthue regis Obotritorum	59
De rebellionẽ Saxonum aduerſus Heinricum Quartum Imperatorem	61
De publica pœnitentia Heinrici regis & pugna inter Rudolphum ducem Sueuiæ & Heinricum 4. Imperat.	62
De miſerabili interitu Rudolphi Ducis Sueuiæ	64
Quomodo Imperator Heinricus Papam Roma fugauerit, et de ſchiſmate in= ter Gregorium 7. & Clementem	65
De epiſtola Petri monachi, & de Godfrido duce Bilioneo	67
Quomodo Heinricus Quartus ab imperio fuerit deiectus et imperatorio cul tu ſpoliatus, eiſq; cum epiſcopis expoſtulatatio	67
Electio filij contra Patrem	71
De morte Cruconis tyranni ſlauiſ	75
De morte Godefridi comitis Stormariæ	78
De interſectione Rugianorum, & de origine Comitum de Schouuenburg	80
De Stoderanis & Brizanis ab Heinrico comitis	82
Expeditio Heinrici regis ſlauiſ in terram Rugianorum	83
De Heinrico Quinto Imperatore, & de diſſenſione ipſius cum Papa	87
Heinricus Quintus Papam & Cardinales conijcit in uincula	89
De Prelio ad Vuelpesholis commiſſo, & de Paſchale Papa, & de epiſcopo Moguntino rebellionis concitatore contra Imperatorem	91
De electione Luderici Ducis Saxonie aduerſus Conradum Sueuum	93
Hiſtoria de Vicelino, qui inſtaurauit Eccleſias inter ſlaui� & in urbe Lubia cenſi	95
De Ludulfo auunculo Vicelini & eiſ obitu	99
Quomodo	



Quomodo Vicelinus scholam Bremensem gubernauerit	100
De profectione Vicelini in Galliam	102
De aduentu Vicelini in Sclauiam, & de morte Heinrichi regis Sclauorum	103
De penitentia Nordalbingorum	105
De intestino bello Kanuti & Zuentepolchi Principum Sclauorum	107
De Kanuto rege Obotritorum, ubi & scueritatis exemplum	109
De interitu Kanuti regis Obotritorum	111
De Erico fratris Kanuti mortem uindicante	113
De Pribizlao & Nicloto Sclauorum Principibus &c.	115
De edificatione arcis Sigeberg	117
De obitu Lotharij Imperatoris, & bello inter generum eius Heinrichum du- cem Saxonie & Albertum Marchionem	119
De Pribizlao uastante Nordalbingiam &c.	120
Historia de demonio ex uirgine quadam eieeto per Vicelinum	122
De mutuis incursionibus Sclauorum & Holsatorum &c.	123
De edificatione ciuitatis Lubicensis per Comitem Adolsum	125
De translatione monasterij Sigebergensis in Cuzelinam	127
De beato Bernhardo Clareuallensi, & quomodo puerum cecum & claudum Francfordie sanauerit	129
	(Asta 130
De miserabili interitu exercituum Imp. Conradi & Lodouici regis Gallie in	
De urbe Hispanie Lacedona & Vlyssipone expugnata à secundo Cruces- gnatorum exercitu	132
De tertio cruce signatorum exercitu	133
De nauibus Lubice combustis & terræ Vuagirensis uastatione	135
De Gerlao sacerdote & Frisjs in oppido Susle	136
De inani exitu expeditionis contra Niclotum	138
De ingenti fame post bellum	140
De intestino bello Regum Danie, Suenonis & Kanuti	141
De duce Heinricho Leone iuniore	147
De profectione Heinrichi Leonis in Banariam	153
De Kyzimis & Circipanis Sclauorum populis	155
De bello Heinr. Ledis aduersus uitricū suū Heinrichū, de ducatu Bauariæ	156
De conuentu Principum quem Imp. Fridericus habuit Merßburgi	158
De ægritudine Vicelini Episcopi	163
De emporio Lubicensi inhibito per Heinrichum Leonem	165



De instauratione episcopatus Radesburgensis	166
De obitu Vicelini episcopi, & de miraculis eius	167
De coronatione Friderici Imp. & de disceptatione cum Papa	173
De suspendio Veronensium propter interclusam uiam Imperatori	177
De hospitalitate Slauorum &c.	178
De conuersione Slauorum in Aldenburgensi diœcesi	181
De reconciliato bello inter DANIA reges	188
De ædificatione Leuenstadt & restitutione emporij Lubicensis	192
De obsidione Mediolanensium & proscriptione Slauorum	193
De expeditione Heinrici Leonis contra Slauos	195
Quomodo Albertus Vrsus in locū Slauorū collocauerit germanicas gētes	198
De translatione Aldenburgensis episcopatus in urbē Lubicensem	199
De schismate inter Alexandrū 3. & Victore, et de euersione Mediolani	200
De contentione inter Geroldum episcopum & Holsatos	203
De rebellione filiorū Nicloti 206. De dedicatione Ecclesiæ Lubicensis	209
De obitu, & sepultura Geroldi Episcopi	211
De Conrado Episcopo Lubicensi, & de diluuiō in Frisia & Saxonia	215
De strage Flamingorum in ciuitate Mekelenburg	216
Quō Pribizlauus oppida Malkau & Cuscinum per deditiōē receperit	219
De pugna ad oppidum Demin & uictoria Heinrici Leonis	221
De sepultura Adolphi comitis Nordalbingiæ	225
De conspiratione Principum aduersus Heinricum Leonem	228
De expulsionē Conradi Episcopi Lubicensis	231
De rebus gestis Friderici 1. Imperatoris in Italia	234
De Rugianis domitis & ad fidem Christianam conuersis	238
De bello Heinrici Leonis aduersus Vualdemarum regem DANIA	241
Quomodo Henricus Leo statuerit proficisci Hierosolymam	247
De subito interitu regis Vngariæ	249
De periculo Heinrici Leonis apud Seruiæ urbem	251
De disputatione cum Græcis de processione spiritus sancti	255
De nauigatione Heinrici à Constantinopoli in Palestinam	258
De ingressu Ducis Heinrici in urbem Hierosolymam	259
De obitu Conradi Episcopi Lubicensis	261
De processione Ducis Heinrici ad Soldanum	261

# CHRONICA

Slauorum edita à uene-

RABILI HELMOLDO PRESBYTERO.

De distinctiōe Slauorū.

Caput primum.



PER AE precium existimo in conscripti  
onis huius initio aliqua de Slauorū pro-  
uincijs, natura, moribus, historico præli-  
bare compendio, quantis scilicet ante  
conuersionis gratiam, errorum nexibus  
impliciti fuerint, ut per quantitatem  
morbi facilius agnoscat<sup>r</sup> efficacia diuini remediij. Slauo-  
rum ergo populi multi sunt, habitantes in littore Baltici  
maris. Sinus huius maris ab occidentali & oceano, Orien-  
tem uersus porrigitur, appellatus ideo Balticus, q̄in mo-  
dum baltei longo tractu per Scythicas regiones tendatur  
usq; in Græciam. Idemq; mare barbarū, seu pelagus Scy-  
ticum uocatur, à gentibus quas alluit barbaris. Hoc mare  
multæ circumfident nationes. Dani siquidem, ac Sueo-  
nes, quos Northmannos uocamus, septentrionale littus,

*Scilicet iux-  
ta urbem Hå  
burgam ini-  
tio sumpto.*

*Dani.  
Sucones.*

*Russi.* & omnes in eo obtinent insulas. At littus Australe, Sla-  
*Poloni.* rum incolunt nationes, quorum ab Oriēte primi sunt Ru-  
*Prussi.* zi, deinde Poloni, habentes à septentrione Pruzos, ab Au-  
 stro Boëmos, & eos qui dicuntur Morahi siue Carinthe,  
 atq; Sorabi. Quòd si adieceris Vngariam in partem Sla-  
 uoniæ, ut quidam uolunt, quia nec habitu nec lingua dis-  
 crepat, eonsp̃ latitudo Slauicæ linguæ succrescit, ut pe-  
 nē careat æstimatione. Omnes hæ regiones, præter Pru-  
 zos, Christianitatis titulo decorantur. Diu enim est ex quo  
*Russia.* Ruzia credidit, Russia autē uocatur à Danis, Ostrogard,  
 eo quòd in Oriente positus, omnibus abūdet bonis. Hæc  
 etiam Chunigard dicitur, eo quòd ibi sedes Hunorum  
 fuerit. Huius metropolis, ciuitas est Chue. Quibus aut̃ do-  
 ctoribus ad fidem uenerint, minimè compertum habeo,  
 nisi quòd in omnibus obseruantijs suis, Græcos magis q̃  
 Latinos imitari uidentur.

*Prussorum na-* Nam Rutenum mare, breui in Græciam transmittit.  
*tura quondā* Pruzi necdum lumen fidei cognouerunt, homines mul-  
*humanissimi* tis naturalibus bonis præditi, humanissimi erga necessita-  
 tem patientes, qui etiam obuiam tendunt his qui in mari  
 periclitantē, uel qui à Piratis infestātur, & subueniunt eis.  
 Aurum & argentum pro minimo ducunt, Pellibus abun-  
 dant peregrinis, quarum odor letiferum nostro orbi su-  
 perbiæ uenenum propinauit. Et illi quidem, ut stercora  
 hæc habēt, ad nostram credo damnationem, qui ad Mar-  
 turinam uestem anhelamus, quasi ad summam beatitudi-  
 nem. Itaq; pro laneis indumentis, quos nos appellamus  
*Prussi adhuc* Faldones, illi offerunt tam preciosos martures. Multa po-  
*Ethnici, tem-*  
*pore Helmol-*  
*di.* rent solam fidem Christi, cuius prædicatores immaniter  
 persequuntur.



sequuntur. Apud illos martyrio coronatus est illustris  
 Boëmiæ Episcopus Adelbertus. Vsq; hodie profecto in-  
 ter illos cum cætera omnia, cõmunia sint cum nostris, so-  
 lus prohibetur accessus lucorum & fontium, quos autu-  
 māt pollui Christianorum accessu. Carnes iumentorum  
 pro cibo sumunt, quorum lacte uel cruore utuntur in po-  
 tu, ita ut inebriari dicantur. Homines hi cerulei, facie ru-  
 bea & criniti. Præterea inaccessi paludibus, nullum inter  
 se dominum pati uolunt. Vngarica gens ualidissima  
 quondam, & in armis strenua, ipsi etiam Roma. Imperio  
 formidolosa. Nam post Hunorum atq; Danorū strages,  
 tertia Vngarorum desequijt \* irruptio, omnia finitima re-  
 gna uastans atq; collidens. Collecto enim immēso exerci-  
 tu, omni Bauaria et Sueuia potiti sunt; præterea loco Rhe-  
 no contigua depopulati sunt: Saxoniam quoq; usq; ad o-  
 ceanum Britannicum igni atq; cruore compleuerunt. Quantis autem Imperatorum laboribus & Christiani ex-  
 ercitus dispēdio subneruati fuerint, et diuinis legibus sub-  
 acti, multorum habet notitia, & publicè loquuntur histo-  
 riæ. Carinthe confines sunt Bauaris, homines diuino cul-  
 tui dediti, nec est ulla gens honestior, & in cultu Dei, et sa-  
 cerdotum ueneratione deuotior. Boëmia habet regem,  
 & uiros bellicosos, plena est Ecclesijs, & Religione diui-  
 na. In duos determinatur episcopatus, Pragensem, & O-  
 lomucensem. Polonia magna Slauorū prouincia, cuius  
 terminum in Ruziæ regnum dicunt connecti. Et diuidi-  
 tur in octo episcopatus. Quondam habuit regem, nunc  
 autem ducibus gubernatur. Seruit & ipsa, sicut Boëmia,  
 sub tributo Imperatoriæ maiestati. Etsi autem Polonis at-  
 que Boëmis eadem armorum facies, & bellandi consue-

Vngari:  
 Sub Attila,  
 circiter An-  
 num 454.  
 \* Anno 904  
 tempore Im-  
 pe. Ludouici  
 Tertij, & Cō  
 radi primi.  
 Vide infra  
 cap. 8.

Carinthe.

Bohemi.

Poloni.

Polonia sub  
 dita Rom. Im-  
 perio tempo-  
 re Helmoldi.



tudo. Quoties enim ad externa bella uocantur, fortes qui dem sunt in congressu, sed in rapinis & mortibus crudelissimè: non monasterijs, non Ecclesijs, aut cœmiterijs par cunt. Sed nec alia ratione extraneis bellis implicantur, ni si conditionibus admissis, ut substantiæ, quas sacrorum lo corum iuitio uallauerit, direptionibus publicetur. Vnde etiam contingit, ut propter auiditatem prædarum, amicis simis sæpe abutantur ut hostibus, ob quod rarissimè ad quaslibet bellorum necessitates adsciscuntur. Hæc de Bœmis atq; Polonis, & cæteris orientalibus Slauis dicta sufficiant.

## De Slauis accolentibus

mare Balticum, & ciuitate Vimneta Cap. II.

Χάλιον.  
Notaprimas  
Vuandalorū

**V**Bi ergo Polonia finem facit, peruenitur ad amplissi mam Slauorum prouinciā, eorum qui antiquitus Vuandali, nūc autem Vuinithi siue Vuinuli appellantur. Horum

sedes fuisse ad mare Balticum. Et fuisse gentē Germanicā, testantur, Plinius, Tacitus, Pro copius, & Berosus. Ac lingua quoq; usi sunt Germanica, sicut & Gothi. Postea cū Vuan dali unā cum Burgundionibus & Sueuis emigrassent in Galliam, indeq; in Italiam, Hispaniā, & Africā, relictas eorum sedes ad mare Balticum occupārent Slauī seu Vuinithi aut Vene ti, quos uulgo uocamus Vuenden, (de quibus hic agit Helmoldus) gens & lingua, & ori gine diuersa à Germanis. Est autem probabile, propagatos esse ab Henetis seu Venetis pos pulis Asiaticis, qui Antenore duce educti ex Asia, confederunt in illyrico, alijsq; locis Ita liæ uicinis, ac posterioribus temporibus latè in Europa progressi, etiam Bohemiā, Poloniā, & magnā Germaniæ partem usq; ad mare Balticum occupārent. Etsi itaq; usitatè etiam Slauis tribuitur appellatio Vuandalorum, eo quòd successerint in priscas Vuandalorum se des, tamè ad historias rectius intelligendas prodest has duas gentes, lingua & origine diuer sas, ab inuicè discerni. Cæterum ad mare Balticum rursus Germanicas gentes collocauit Hen ricus Leo dux Saxoniæ, ut infra recitat Helmoldus, capite LXXXVIII. & LXXXIX.

Horum primi sunt Pomerani, quorum sedes portenduntur usque ad Odoram. Est autem Odora ditissimus amnis Slauicæ regionis, & oritur in profundissimo saltu Marahorum, qui sunt ab oriente Bohemiæ, ubi & Albia sortitur principium. Nec longis ab inuicem distat spatijs, sed diuerso currunt meatu. Albia enim in occasum ruens, primo impetu Boemos alluit cum Sorabis, medio cursu Slavos dirimit à Saxonibus, Nouissimo Hammenburgensem diuidens Parochiam à Bremensi, uictor Oceanum ingreditur Britannicum. Alter fluuius, id est, Odora, uerogens in Boream, transit per medios Vuinulorum populos, diuidens Pomeranos à Vuilzis: in cuius ostio, qua Balticum alluit pelagus, quondam fuit nobilissima ciuitas Vimneta, præstans celeberrimam stationem barbaris & Græcis, qui sunt in circuitu. De cuius præconio urbis, quia magna quædam & uix credibilia recitantur, libet aliqua commemorare, digna relatu. Fuit sanè maxima omnium, quas Europa claudit, ciuitatum, quam incolunt Slau cum alijs gentibus permixtis, Græcis & barbaris. Nā & aduenæ Saxones parem cohabitandi licentiam acceperunt, si tantum Christianitatis titulum ibi commorantes non publicaissent. Omnes enim usque ad excidium eiusdem urbis, paganis ritibus oberrarunt. Ceterum moribus & hospitalitate, nulla gens honestior aut benignior potuit inueniri. Ciuitas illa mercibus omnium nationum locuples, nihil non habuit iucundi aut rari. Hanc ciuitatem opulentissimam, quidam Danorum rex, maxima classe stipatus, funditus euertisse refertur. Præsto sunt adhuc antiquæ illius ciuitatis monumenta. Ibi cernitur Neptunus triplicis naturæ. Tribus enim fretis alluitur illa insula, quorum

*Albis fluuius*

*Odora fluuius*

*Vimneta quondam maxima ciuitas, ad Odore ostium.*

aiunt unum viridissimæ esse speciei, Alterum subalbida.  
 Tertium motu furibūdo, perpetuis sæuit tempestatibus.  
 Sunt & alijs Slauorū populi, qui inter Albiam & Odorā  
 degunt, longoq; sinu ad Austrum portendūtur, sicut He-  
 ruli, uel Heueldi, qui sunt iuxta Habolam fluuium, & Do-  
 xam, Leubuzi, & Vuilini, Stoderani, cum multis alijs.  
 Post Odorā igitur lenem meatum, & uarios Pomerano-  
 rum populos, ad occidentalem plagam occurrit Vuinulo-  
 rum prouincia, eorum qui Tholenzi siue Redarij dicun-  
 tur. Ciuitas eorum uulgatissima Rethre, sedes Idolatriæ.  
 Templum ibi magnum constructum dæmonibus, quorū  
 Princeps est Redegast. Simulacrū eius auro, lectus ostro  
 paratus. Ciuitas ipsa, nouē habet portas, undiq; lacu pro-  
 fundo inclusas, Pons ligneus trāsitus præbet, per quem  
 tantum sacrificantibus, aut responsa petentibus uia con-  
 ceditur. Deinde uenitur ad Circipanos et Kyzinos, quorū  
 à Tholenzis & Rederis separat flumen Penis, & ciuitas  
 Dimine. Kycini & Circipani, cis Panim, Tholenzi & Re-  
 dari, trans Panim habitant. Hi quatuor populi à fortitudi-  
 ne Vuilzi siue Lotici appellātur. Ultra illos sunt Linguo-  
 nes, & Vuarnauī. Hos sequuntur Obotriti, ciuitas illorū  
 Mikelinburgk. Inde uersus nos, Polabi, Ciuitas eorum Ra-  
 cisburgk. Inde transitur fluuius Trauena, in nostrā Vua-  
 girensē prouinciā. Ciuitas huius prouincię quondam  
 fuit Aldenburg maritima. Sunt & insulæ Baltel maris,  
 quæ incoluntur à Slauis, quarum una Vemere uocatur.  
 Hęc opposita est Vuairis, ita ut uideri possit Alden-  
 burgi. Altera insula longe maior est, contra Vuilzos po-  
 sita, quā incolūt Rani, qui & Rugiani, gens fortissima Sla-  
 uorum, qui soli habent regem, extra quorū sententiam  
 nihil



nihil agi de publicis rebus fas est, adeo metuuntur propter familiaritatem Deorum, uel potius Dæmonū, quos maiori præ cæteris cultura uenerantur. Hi ergo sunt Vuinulorum populi, diffusi per Regiones & Prouincias maris. Omne hoc hominum genus, idolatriæ cultui deditum, uagum semper & mobile, piraticas exercentes prædas, ex una parte Danis, ex altera Saxonibus infestum. Sæpius ergo multisq; modis, magnorum Imperatorum atq; sacerdotum solertia tentatum est, si gentes istæ rebelles & incredulæ, possent aliquatenus ad agnitionem diuini nominis, & credulitatis gratiam adduci.

## Quomodo Carolus Sa-

xones ad fidem conuerterit, Cap. III.

**I**Nter omnes ergo strenuos Christianæ fidei propagatores, qui pro fidei suæ merito laudabilem adepti sunt *Anno Domini. 800.* principatū, gloriosissimus semper elucet Karolus, uir omnium scriptorum præconijs attollendus, & in fronte statutuendus eorum qui pro Domino in partibus aquilonis laborauerunt. Ipse enim Saxonum gentem ferocissimam, *Carolus Magnus Pipini filius Francorum.* atq; rebellē, ferro perdomuit, & Christianis legibus subegit. Saxones autem, uel Thuringi, itemq; cæteræ quæ iuxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo Francis tributariæ leguntur. Quibus deinde à regno eorum deficientibus, Pipinus, genitor Caroli, bellū intulit, quod tamen filius maiore felicitate peregit. Longo ergo tempore bellum aduersus Saxones profligatum est, quod magna utrinq; animositate, maiori tamen Saxonum quam Francorum dam-



ne per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat quidem citius finire, si Saxonum pertinacia hoc patereatur, qui libertatem armis tueri malentes, Francorum terminos usq; ad Rhenum uastabant. Nullis itaq; ferè annis à bello uacantibus, tandem Saxones ita profligati leguntur, ut ex his qui utrasq; ripas Albiæ incolunt, decem milia hominum cum mulieribus & paruulis in Franciā translati sint. Et hic annus est diuturni Saxonum belli tricesimus tertius, quem Francorum historici ponunt memora-

*Vuidekindus  
Saxonū Prim  
ceps baptis-  
tus.*

bilem scilicet Karoli Imperatoris tricesimumseptimum, quo Vuidekindus rebellionis incentor, deposita tyrannide, imperio subiectus est, baptizatusq; est ipse cum aliis Saxonum magnatibus; & tunc demum Saxonia in provinciam redacta est. Hac itaq; in bellis uictoria potitus fortissimus Karolus, non in se, sed in Domino Deo exercituum confisus est, fortia gesta sua, gratiæ ipsius adiumentis attribuens. Qui etiam magna usus industria Saxonum populos, licet malè meritos, statuit, supernæ mercedis intuitu, omni debito censu absolvere, atq; pristinæ libertati cōdonare, ne fortè seruitijs aut tributis prægrauati, ad rebellionis necessitatem, & paganismi errores impellerentur.

*Caroli Mag-  
ni studium,  
in propagan-  
da religione  
Christiana a-  
pud Saxōes.*

Porrò ea cōditio à rege proposita, & ab ipsis suscepta est, ut abiecto Dæmonum cultu, Christianæ fidei Sacramenta susciperent, essentq; tributarij & subiugales Domini Dei, omnium iumentorum suorum & fructuum culturæ seu nutrituræ suæ ☿ sacerdotibus legaliter offerentes, & Francis adiurati, unus cum eis populus efficeretur. Diuisa est ergo Saxonia in octo Episcopatus, & dignissimis pastoribus subiecta, qui ad imbuendas rudes in fide animas uerbo & exemplo sufficerent. Quibus etiam

*decet, partē.*

*huius*

huius uite stipendia memoratus Cēsar, multo honore, plena deniq; munificentia prouidit. Perfectum est ergo in Saxonia nouellæ plantationis opus, & pleno uigore con-  
 stabilitum. Sed & Fresonum agrestes illo tempore rece-  
 perunt Christianæ fidei gratiam. Extunc ergo præparatū  
 est iter prædicatoribus uerbi trans Albiam, exieruntq; an-  
 geli ueloces annunciare Euangelium pacis in uniuersam  
 latitudinem Aquilonis. Quo tempore, cum Slauorū quo-  
 que gentes Francorum imperio subiicerentur, fertur Ca-  
 rolus Hammemburg ciuitatem Nordalbingorum, con-  
 structa ibidem Ecclesia, Heridago cuidam sancto uiro,  
 quem loci episcopum designauit, regendam commisisse,  
 proponens eandem Hammemburgensem Ecclesiam, cū  
 cētis Slauorum Danorumq; gentibus metropolim statuere.  
 In qua re ad perfectū ducenda, & mors Heridagi præ-  
 byteri, & occupatio bellorum, Karolum imperatorem,  
 ne deſyderata compleret, præpediuit. Idem enim uicto-  
 rioſiſſimus Princeps, qui omnia Europę regna subegerat,  
 nouiſſimum cum Danis bellum ſuſcepſiſſe narratur. Nam  
 Dani, & qui trans Daniam ſunt populi, ab hiſtoricis Fran-  
 corum Nortmanni uocantur: Quorum rex Godefridus,  
 iam antea Frels, itemq; Nordalbingis, Obotritis, & alijs  
 Slauorū populis tributo ſubactis, ipſi Karolo bellum mi-  
 natus eſt. Hęc diſſenſio maximè uoluntatem Imperatoris  
 de Hammemburg retardauit. Tandem extincto cœlitus  
 Godefrido, Henning ei ſucceſſit, patruelis eius, qui mox  
 pacem cum Imperatore faciens, Egdoram fluuium acce-  
 pit regni terminum. Nec multo poſt Karolus præſenti ui-  
 ta deceſſit, uir tam in diuinis quàm in humanis rebus pro-  
 batiffimus, primuſq; qui de Francorum regno ad impe-

*Frels conuer-  
ſi ad Chriſtū.*

*Slauis ſubiecti  
imperio Frā  
corum.  
Hamburgæ.  
Heridagus  
primus epiſc-  
opus Ham-  
burgenſis.*

*Caroli Mæ-  
gni bellū cō  
Danis.*

*Mors Caroli  
Magni.*

*Translatio  
Rom. Imperij  
à Græcia  
ad Germani-  
am.*

ritum meruit prouehi. Nā Cæsarea dignitas, quæ post Cō-  
stantinum in Græcia, urbe scilicet Constantinopoli, mul-  
tis ætatibus laudabiliter uiguit, deficientibus inibi regalis  
prosapie uiris, adeo concidisse dinoscitur, ut respub. cui in  
primitiua uigore, insimul tres cōsules uel dictatores, uel  
Cæsares uix sufficebant, muliebritandem cōditione gu-  
bernaretur. Consurgentibus ergo undiq; aduersus impe-  
rium rebellibus, cū omnia penē Europe regna ab impe-  
rio defecissent, ipsa quoq; mater orbis Roma, finitimis  
bellis attereretur, nec esset defensor, placuit Apostolicæ  
sedi, solenne sanctorum adunari concilium, & de genera-  
li necessitate commune participare consilium. Omnium  
ergo uotis, omnium laudatione, insignis Francorum rex  
Karolus, corona Rom. imperij sublimatus est, eo quod i-  
pse, fidei merito, & potestatis gloria, nec non bellorum ui-  
ctorijs, neminem in orbe uideretur habere consortem. At  
que in hunc modum Cæsareum nomen, de Græcia trans-  
latum est in Franciam.

## De diuisione regni Ro-

mani post Karolum Magnum, Cap. III.

*Ludouicus  
Pius Caroli  
filius, Anno  
814.*

Postquā ergo Karolus Francorū rex, & Romanorū  
Imperator Augustus, cū magno bonorum frus-  
ctu ad cœlos emigravit, Ludouicus filius eius, successit ei  
in regnum. Qui paternis per omnia uotis concordans, ea  
dem liberalitate, qua pater eius, erga cultum domus Dei,  
& omnem clerum, usus est, amplissimas regni diuitias, ad  
decorem



decorem & gloriam Ecclesiæ intorquens, instanti ut episcopos qui propter animarū regimen Principes sunt cœli, ipse eisdem nihilominus Principes efficeret regni. Hic ubi super Hammemburg patris sui comperit uotum, communicato statim sapientum consilio, sanctissimum uirum Anscarium, quem & aliquando ad Danos & Suedos prædicatorem direxerat, Hammemburgensi Ecclesiæ ordinari fecit Archiepiscopū, statuens eandem ciuitatem metropolim uniuersis borealib. populis, ut legatio uerbi Dei exinde uberius pullularet in oēs barbaras nationes. Quod & factum est. Nam Hammemburgensis Ecclesiæ pontificum instantia, disseminatū est uerbū Dei in omnes Slauorum, Danorum, siue Nortmannorum populos, & dissolutum est gelidum illud frigus Aquilonis à calore Verbi Dei.

Ludouicus pater  
episcopos  
fecit Principes  
Imperij.

Anscarius  
fuit episcopus  
Hammemburgensis.

Multis itaq; diebus siue annis, maximisq; doctorum laboribus, in gentibus his desudatum est. Tanta enim fuit opacitas errorum, & difficultas syluescentis idolatriæ, ut nec subito, nec facile potuisset euinci. Sed & bellos uariæ tempestates, post obitum pijsimi Lodouici, latius emergentes, uocationem gentium non modicè redardarunt. Illo liquidem ex hac luce subtracto, orta sunt intestina bella, quatuor scilicet filijs eius propter Principatum contendentibus. Multa itaq; inter fratres orta est discordia, bellumq; maximum, in quo, ut historici testantur, omnes Francorum gentes consumptæ sunt. Tandem, mediante Papa Sergio, discordia sedata est, regnumque diuisum est in quatuor partes, ita, ut Lotharius maior natus, cum Italia, Romam, Lotharingiam, cum Burgundia possideret, Ludouicus Rhenum

Bellum inter  
finum inter  
filios Ludouici  
pijs.

Nota, Romam  
fuisse adhuc  
subiectam imperatoribus  
post Carolū  
magnum.

cum Germania, Carolus Galliam, Pipinus Aquitaniam.

# De profectione sancti

Anscarj in Sueciam. Cap. V.

*irruptio Danorum in Germaniam.*

*Hamburga à Danis euerfa*

*Vnitiò Hammemburgensis & Bremensis Ecclesiæ.*

**E**A ergo tempestate, qua Germania, discordia, maximos bellorum motus, & diminutionem scisso impetio parturiuit, multos ad rebellionem opportunitas temporis adduxit. Inter quos primi uel præcipui Danorum populi, uiribus & armis præpotentes, prius quidem Slavos, itemq; Fresones tributis subiiciunt, Dehinc classe piratica per Rhenum subuecti, Coloniam obsederunt; per Albiam Hammemburg funditus exciderunt. Incluta ciuitas, & recens Ecclesiæ structura, tota incendio disperijt. Quin & Nordalbingorum prouincia, & quidquid flumini contiguum fuit, barbarorū direptionibus celsit. Saxonia magno terrore concussa est. Sanctus autem Anscarus Hammemburgensis archiepiscopus, & ceteri prædicatores in Slauiam siue Daniam destinati, magno persecutionis feruore sedibus suis pulsi sunt, & usq; quaq; dispersi. Ludouicus ergo, cui Germaniam celsisse supra dictum est, glorioso genitori suo nomine & pietate per omnia similis, defectum Hammemburgensis Ecclesiæ taliter resarcire studuit, ut Bremensis sedes, quæ tunc defuncto pastore uacabat, Hammēburgensi Ecclesiæ adijceretur, essentq; decætero non duæ Parochiæ, sed una. Quia enim utraq; ciuitas propter piratarum incursus plena fuit periculis, utile fuit unā alterius ope leuari, atq; foueri mutuo.

tuo. Accepto ergo super hac re Apostolicæ sedis manda-  
to, ad effectum perducta sunt omnia quæ fuerant animo  
pij Principis digesta, Vnitæq; est Ecclesia Bremensis Hæ-  
memburgensi, & recepit Sanctus Anscarius utramq; re-  
gendam, factumq; est unum ouile, & unus pastor. Post  
non multum temporis, furore Danorum aliquantulum so-  
pito, cœperunt reædificari diruta Hammemburgensis ur-  
bis, & Nordalbingorum populi ad proprias sedes reuer-  
si sunt, Pontifex quoq; Anscarius, Cæsaris legatione fun-  
ctus, regem Danorum frequenter adiit, ubi pro commo-  
dis utriusq; regni, & pacis stabilimento strenue agens,  
multam apud regem, licet gentilem, familiaritatis gratiã,  
pro fidei suæ reuerentia, consecutus est, cui etiam faculta-  
tem attribuit, Ecclesiam statuendi in Sleswich, & Ripe,  
præbita prius licentia, ne quis uolentes baptizari, & Chri-  
stianis legibus uti, impediret. Nec mora, sacerdotes ad hæc  
explenda directi sunt. Procedentibus itaq; sensim diuinæ  
gratiæ incrementis in gente Danorum, cœpit memoratus  
Pontifex magno desyderio assurgere ad Sueonum con-  
uersionem. Hoc iter arduum per seipsum aggressus, pe-  
tijt literas & nuncium regis Danorum, profectusq; cum  
multis nauali itinere peruenit ad Byrcã principalem Sue-  
diæ ciuitatem, ubi multo fauore & lætitia exceptus est si-  
delium, quos ipse quondam ante pontificatus honorem,  
illò prædicator directus, Christo acquisierat: obtinuitq; a-  
pud Regem, ut uolentibus Christianitatis assumere titu-  
lum, libera pateret facultas. Dato ergo in Suediã Episco-  
po, & sacerdotibus qui uice sua diuinas res, & populi salu-  
tem curarent, & singulos ad fidei perseverantiam adhor-  
tatus, reuersus est ad propriam sedem. Ab eo ergo tem-

*Instauratio  
urbis Hæma-  
burgæ.*

*Anscarius,  
Danos &  
Suedos ad  
Christum cō-  
uertit.*

*Byrcæ olim  
præcipua  
Suediæ ciui-  
tas, nunc di-  
ruta.*



pore iactum semen uerbi Dei, in populis Danorum atq; Sueonum, uberius fructificare cœpit. Quamuis enim in eisdem gentibus multi postmodũ tyranni surrexerint, qui crudelitatem suam non solum in Christicolas suæ gentis, sed etiam in exterarum nationes extenderũt, datur tamen intelligi, Christianitatis titulum, post primum foundationis suæ tempus, in Dania siue Suedia, eousq; conualuisse, ut & si persecutionum procellis impellentibus aliquando turbauerit, nunq̃ tamen penitus exciderit.

# De conuersione Ru

gianorum, Cap. VI.

**I**Nter omnes autem borealium nationum populos, sola Slauorũ prouincia remansit cæteris durior, atq; ad credendum tardior. Sunt autem multi, ut suprà dictum est, Slauorum populi, quorum hi qui dicuntur Vuinuli siue Vuinithi, magna ex parte respiciunt Håmemburgensem Parochiam. Nam præter honorem metropolitanæ sedis, qua omnes nationes siue regna complectitur aquilonis, habet utiq; Hammemburgensis Ecclesia præscriptos terminos suæ parochiæ, ultimam scilicet partem Saxonix, quæ est trans Albiam, & dicitur Nordalbingia, continens tres populos, Tethmarsos, Holfatos, Stormarios. Inde extenduntur termini ad Vuinithos, eos scilicet qui dicuntur Vuagiri, Obotriti, Kycini, Circipani, & usque ad flumen Panim, ad urbem Dimin. Ibi est limes Hammemburgensis Parochiæ. Non caret ergo admiratione, quòd

*Nordalbingia.*

*Panis flumens, uulgo die pene.*

quod dignissimi præsules, & Euangelici prædicatores, Anscarius, Reimbertus, & sextus in ordine, Vnni, quorum in conuersione gentium ingens claruit studium, Slauorum curam tantopere dissimulauerint, ut nec per se, nec per ministros, aliquem in eis fructum fecisse legantur. Effecit hoc, ut æstimo, populi huius incredibilis duritia, non autem prædicatorum torpor, quibus animus circa uocationem Gentium adeo fuit affectus, ut nec opibus, nec uitæ pepercerint. Tradit enim ueterum antiqua relatio, quod temporibus Loduici secundi, egressi fuerint de Corueia Monachi sanctitate insignes, qui Slauorum salutem sitientes, impenderunt seipsos ad subeunda pericula & mortes pro legatione uerbi Dei. Peragratisq; multis Slauorum prouincijs, peruenerunt ad eos qui dicuntur Rani, siue Rugiani, & habitant in corde maris, Ibi fomes est errorum, & sedes idolatriæ. Prædicantes itaque uerbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt, ubi etiam oratorium fundauerunt in honorem Domini ac Saluatoris nostri Iesu CHRISTI, & in commemorationem Sancti Viti, qui est Patronus Corueiæ. Postquam autem, permittente Deo, & mutatis rebus, Rani à fide defecerunt, statim pulsus Sacerdotibus atq; Christicolis, Religionem uerterunt in superstitionem. Nam sanctum Vitum, quem nos martyrem ac seruum Christi confitemur, ipsi pro Deo uenerantur, creaturam anteponentes creatori. Nec est aliqua barbaries sub cœlo, quæ Christicolas ac sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. Viti gloriant, cui etiam templum ac simulacræ amplissimo cultu dedicauerunt, illi primatū deitatis speci

*Slaui pertina-  
cissimi in reti-  
nenda idola-  
latria.*

*(infra c. 108)*

aliter attribuentes. De omnibus quoque prouincijs Sla-  
 rum illic responsa petuntur, & sacrificiorum exhibentur  
 annuæ solutiones. Sed nec mercatoribus qui fortè ad illas  
 sedes appulerint, patet ulla facultas uendendi uel emen-  
 di, nisi prius de mercibus suis deo ipsorum preciosa quæ-  
 que libauerint, & tunc demum mercimonia foro publi-  
 cantur. Flaminem suum non minus quàm regem uenerā-  
 tur. Ab eo ergo tempore, quo primo fidei renunciaue-  
 runt, hæc superstitio apud Rános perseuerat usque in ho-  
 diernum diem.

Nostro uerò  
 tempore, du-  
 ctu illustriß.

Pomeranorū  
 Principis D.  
 Philippi, syn-  
 ceram Euan-  
 gelij doctri-  
 nam ample-  
 ctuntur &  
 profitentur.

Irruptio  
 Nortmanno-  
 rum in Ger-  
 maniam &  
 Galliam, tem-  
 pore Caroli  
 Crassi, circi-  
 ter annū 884

## Persecutio Nortman- norum, Cap. VII.

**S**ANÈ populis Slaui & cæteris gentibus fide im-  
 buendis, graue ab initio præbuit impedimentum ea  
 bellorum tempestas, quæ Nortmannis tumultuantibus  
 in toto penè desequijt orbe. Porrò Nortmannorum exer-  
 citus collectus fuit de fortissimis Danorum, Sueonum,  
 Norueorum, qui tunc fortè sub uno principatu constitu-  
 ti, primo omnium Slaui, qui præ manibus erant, miserūt  
 sub tributum, deinde cætera finitima regna, terra marique  
 uexabant. Quibus sanè non parum addiderat uirium, ea  
 Romani imperij diminutio, qua, ut suprà dictum est, post  
 tempora senioris Ludouici, prius quidem intestinis bellis  
 exhaustum, postea in quatuor diuisum portiones, totidē  
 gubernabatur regulis. Constat ergo, isto tempore Nort-  
 mannos per Ligerim Thurones succendisse, per Sequa-  
 nam



nam Parisios obsedisse, Karolum regem timore compulsum, terram eis dedisse ad habitandum, quæ à Nortmannis possessa, Nortmanniæ nomen accepit. Deinde Lotharingia uastata, & subacta est Fresia. Noster autem Loduicus, Rex scilicet Germaniæ, Northmannos fœderibus siue prælijs hoc modo retinuit, ut cùm Franciâ totam uastauerint, regno eius uel minime nocuerint. Post cuius mortem, effera barbaries laxis regnabat habenis. Nam Boëmi, Surabi, Suli, et ceteri Slauī, quos ipse tributis subiecerat, tunc seruitutis iugum excusserūt. Tunc etiam Saxonia uastata est à Nortmannis siue Danis, Bruno dux occisus cū duodecim Comitibus; Theodoricus & Marquardus Episcopi obtruncati. Tūc Fresia depopulata est: Traiectum ciuitas excisa. Tunc piratæ Coloniam & Treuiros incenderunt. Aquiligrani palatium stabulum equis suis fecerunt, Mogūcia propter metum barbarorum instaurari coepit. Karolus adolescens, filius Loduici, ipso tempore Roma rediens cum grandi exercitu, Northmannos iuxta Mosam fluuium apprehendit. Quos obsidione coarctans, quintodecimo demum die ad deditiōem compulsi. Captos ergo tyrannos Danorum, nō ea qua decuit hostes Dei seueritate ultus est, sed ad diuturnam deiectionē & grauem Ecclesiæ ruinā parcens impijs, accepto ab eis fure iurando, & fœderis conditione, amplissimē donatos ab se abire permisit. At illi regis adolescentis inertiam irridentes, ubi noxia libertate potiti sunt, rursū in unū conglobati, tantas strages dederunt, ut crudelitatis modum excefferit. Quid multa? urbes cum ciuibz, episcopi cum toto gege simul obruti sunt, Ecclesiæ illustres cum fidelibz cætera simul incensæ sunt. Quam ob rem Karolus accu-

*Dūcatus Nor-*  
*manniæ in*  
*Gallia, à*  
*Nortmāniis.*

*Carolus*  
*Crassus.*

*Crudelitas*  
*Nortmanno-*  
*rum.*

Arnolphus  
imperator,  
cecidit Nort  
mannos.

1. Anscarius.

2. Reimber-  
tus.

3. Adalgarius

4. Hoier.

5. Reinwar-  
dus archiepi-  
scopus Ham-  
burgensis.

Ludouicus 3.

Imperator,

Anno Domi

ni, 903.

satus in curia, & ob stulticiã regno depositus, Arnolphũ germani sui filium accepit successorem. Qui congregato exercitu fines adiit Danorum, eosq; multis grauib; prelijs ad internecionem usq; deleuit. Bellum cœlitus administratum est, siquidem centum millibus paganorũ prostratis in bello, uix unus de Christianis cecidisse repertus est. Et ita extincta est persecutio Nortmannorum, Domino uindicante sanguinem seruorum suorum, qui iam per annos septuaginta effusus est. Hæc autem acta sunt tempore Adalgarij archiepiscopi, qui fuit successor beati Reimberti, & tertius à beato Anscario. Defuncto Adalgario, successit ei Hogerus in cathedram: post hunc Reinwardus. In regum quoq; successione post Arnolphum regnauit Loduicus puer. In isto Loduico, Magni Karoli finitur profapia. Hic postmodum regno depositus, Conradum Francorum ducem habuit successorem.

## Irruptio Vngarorum in Germaniam, Cap. VIII.

Cōradus Pri-  
mus Imp. an-  
no 915.

**I**Taq; regnãte Cōrado, orta est Vngarorum grauis irru-  
ptio, qui non solum nostram Saxoniam, aliasq; cis Rhe-  
num prouincias, uerumetiam trans Rhenum Lotharin-  
giam & Franciam demoliti sunt. Tunc incensis ecclesijs,  
cruces à barbaris truncatæ & ludibrio habitę, sacerdotes  
ante altaria trucidati, clerus uulgo mixtus, aut interfes-  
tus, aut in captiuitatē ductus, Cuius signa furoris, ad no-  
stram durauerunt ætatem. Dani quoq; Slayos auxilio ha-  
bentes,

bentes, primo Nordalbingos, deinde Trāsalbianos Saxo-  
 nes uastantes, magno Saxonīā terrore quassabant. Apud  
 Danos eo tēpore Worm regnauit, crudelissimus inquā *Vuorm, rex*  
 uermis, & Christianis non mediocriter infestus. Ille Chri- *Dania.*  
 stianitatem quæ in Dania fuit, prorsus demolire molitus. *Heinricus Au*  
 sacerdotes à finibus suis depulit, plurimos etiā per tormē- *seps imp 200*  
 ta necauit. At uerò Henricus successor Cōradi, iam tunc  
 à puero timēs Dominum, & in eius misericordia omnem  
 ponens fiduciam, Vngaros maximis prælijs uicit & tri-  
 umphauit, Boēmos & Surabos, ab alijs regibus edomit *Surabi dicti*  
 tos, & cæteros Slauorum populos, uno grandi prælio ita *sunt Slau,*  
 percussit, ut cæteri, qui per pauci remanserant, & Regi *qui tenuerūt*  
 tributum, & Deo Christianitatem ultro promitterēt. De *Mysniam*  
 inde Daniam cum exercitu ingressus, Vuorm regem pri-  
 mo impetu adeo perterruit, ut imperata se facere man-  
 daret, & pacem supplex deposceret. Sic Henricus rex ui-  
 ctor, apud Sleswīch quæ nunc Heidebo dicitur, regni ter- *Vnni & Ara*  
 minos ponēs, ibi & Marchionem statuit, & Saxonum Co- *chiepiscopus*  
 loniā habitare præcepit. Videns ergo sanctissimus Archi- *Hamburgens*  
 episcopus Vnni, qui Reinwardo successit in cathedram, *sis seu Brez*  
 misericordia Dei nostri, & uirtute regis Henrici, Dano- *mensis, restit*  
 rum, Slauorumq; pertinaciā esse edomitā, ostiumq; fidei *tuit ecclesias*  
 in gentibus apertum esse, omnem suæ diœcesis latitudi- *in Dania &*  
 nem elegit per seipsum circuire. Multis ergo religiosis co- *Suedia.*  
 mitatus peruenit ad Danos, ubi tunc crudelissimus  
 Vuorm regnauit. Et illum quidem pro ingenita flectere  
 nequiuīt sœuicia, filium autem Haroldum conuertit,  
 & fidelem CHRISTO perfecit, ita ut Christia-  
 nitatem, quam pater eius semper odio habuit, ipse  
 seruari publicè permiserit, quamuis ipsemet Bap-



tissimi Sacramentum nondum perceperit. Ordinatis itaque in regno Danorum per singulas Ecclesias sacerdotibus, sanctus Dei multitudinem credentium commendasse fertur Haroldo, cuius etiam fultus adiutorio & legato, omnes insulas Danorum penetrauit, euangelizans uerbum Dei, & fideles quos inuenit illic captiuos, in Christo confortans.

Nota, episcopus illorum temporum fuisse predicatoris uerbi Dei, non satrapas aut bellicosos.

Deinde uestigia secutus, magni prædicatoris Anscarrii, remigans mare Balticum, non sine labore peruenit ad Byrcam, principalem Suediæ ciuitatem, quod iam post orbitum sancti Anscarrii, nemo doctorum annis septuaginta uenire ausus est, præter solum, ut legimus, Reimbertum. Est autem Byrca oppidum Gothorum celeberrimum, in medio Suediæ positum, quod tractus quidam Baltici maris alluit, reddens portum optabilem, quo omnes Dano-

Hoc tempore uestigia tantum huius urbis extare dicunt.

rum, Norueorum, itemque Slauorum ac Semborū naues, aliisque Scythiæ populi pro diuersis commerciorum necessitatibus, solenniter conuenire solent. In eo ergo portu, confessor domini egressus, insolita populos appellare coepit legatione. Quippe Sueones & Gothi, propter uaria temporum pericula, & regum cruentam feritatem, Christianæ religionis penitus obliti fuerant. Sed fauente gratia Dei, à sancto patre Vnni, denuo ad fidem reuocati sunt. Perfecto ergo legationis suæ ministerio, cum iam redire disponderet Euangelista Dei, agilitudine correptus, apud Byrcam fessicorporis sarcinā deposuit. Obijt autem peracto boni certaminis cursu, ante Dominicæ incarnationis nongentesimo, tricesimo sexto. Cui successit in cathedra uenerabilis Adhildagus.

Adhildagus, VII. archiepiscopus Hamaburgensis.

Conuersio

# Conuersio Haroldi re-

gis Daniæ, Cap. IX.

**E**odem quoq; anno contigit gloriosum quoq; Imperatorem Heinricum migrare de hac uita, & constitutus est in regnum filius eius Otto, cognomento magnus. *Otto Primus*  
 Qui cum regnare cœpisset, multas perpeſſus est iniurias *imperatoris*  
 à fratribus suis. Rex quoq; Danorū, qui patrī eius fuit tributarius, reiecto seruitutis iugo, arma corripuit pro libertate. Et primo omnium, Marchionem qui erat apud Sleswīch, quæ alio nomine Heidebo dicitur, cum legatis regis Ottonis obtruncavit, omnem Saxonum coloniam quæ ibidem erat, funditus extinguens. *Legati Imp: Ottonis, contra ius gentium detruncati à rege Danorum.*  
 Slaui etiam nouas res affectantes, nihilominus rebellare moliti sunt, multis terris Saxonum confinia pulsantes. Rex ergo Otto, diuino fultus auxilio, ubi primum de insidijs fratrum suorū liberatus est, fecit iudicium & iusticiam populo suo. Dein de postquam omnia penè regna, quæ post mortem Caroli defecerant, suo subiugauit imperio, in Danos arma corripuit. *Expeditionis imperatoris Ottonis contra Danos.*  
 Transgressus ergo cum exercitu fines Danorum, qui olim fuerāt apud Sleswīch, ferro & igne uastauit omnem regionem usq; ad mare nouissimum, quod Northmānos dirimit à Danis, & usq; in præsentem diem à uictoria regis, Ottenfund dicitur. *Ottenfund.*  
 Cui ingredienti, Haroldus rex, apud Sleswig bellū intulit, in quo utrisq; uiriliter con-  
 certantibus, Saxones uictoria potiti sunt, & Dani terga uertentes ad naues cesserunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subijcitur, & ab eo

Otto Imp.  
propagauit  
religionem  
Christianā in  
Dania.

Slau omnium  
borealiū po-  
pulorum no-  
uissimi ad  
Christum  
conuersi, flu-  
dio Imp. Ot-  
tonis primi.

regnū suscipiens, Christianitatem in Dania recipere spo-  
pondit. Nec mora, baptizatus est ipse Haroldus cum uxore  
sua Gunnild, & filio paruulo, quem rex noster à sacro  
fonte susceptum, Suein Otto appellauit. Eo tempore Da-  
nia plenariē recepit fidem, & diuisa in tres episcopatus,  
Hammemburgensi metropoli subiecta est. Igitur bea-  
tissimus Adheldagus, primus ordinauit episcopos in Da-  
niam, & ex eo tempore Hammemburgensis Ecclesia cœ-  
pit habere suffraganeos. Et hæc quidem initia cœlestis mi-  
sericordiæ, secutum est tale incrementum, ut ab illo tem-  
pore usq; in hodiernum diem Ecclesiæ Danorum multi-  
plici borealium gentium fructu redundare uideantur.  
His ritè peractis in Dania, fortissimus Otto rex conuertit  
exercitum ad subiugandos Slauorum rebelles, quos pa-  
ter eius uno grandi bello domuerat, ipse tanta deinceps  
uirtute constrinxit, ut tributum & Christianitatem, pro  
uita simul & patria, libenter offerrent uictori, baptisatus  
que est totus gentilium populus; Ecclesiæ in Slauania tūc  
primum constructæ. De quibus rebus suo loco ut gesta  
sunt opportunius aliqua scribenda sunt,

## De Saxoniae duce Her- manno, Cap. X.

POST hæc autem cū rex uictoriosissimus Otto, ad li-  
berandam sedem Apostolicam uocaretur in Italiam,  
consilium fertur habuisse, quem post se uicarium pote-  
statis relinqueret, ad faciendā iusticiam in his partibus,  
quæ



que barbaris confines sunt terminis. Nondum enim post tempora Caroli, propter ueteres illius Gentis seditiones, Saxonia ducem acceperat nisi Cæsarem. Ne ergo in regis absentia Dani, siue Slaui, noui aliquid molirentur, Rex necessitate persuasus, Heremāno primum tutelæ uicem in Saxonia commisit. De quo uiro, & progente uiri, quoniam nostris temporibus multum inualuerunt, aliter qua commemorare necessarium duxi. Vir iste, pauperibus ortus natalibus, primo, ut aiunt, septem mansis, totidemq; manentibus, ex hereditate patrum fuit contentus. Deinde, quod erat acris ingenij, decorisq; formæ, tum pro merito fidei & humilitatis, quam dominis & paribus exhibuit, facile notus in palatio, ad familiaritatem ipsius regis peruenit, qui comperta iuuenis industria, suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutricium esse præcepit filiorum: mox etiam succedentibus prosperis, commisit ei uices præfectorum, in quibus officijs strenuè administratis, dicitur manentes suos profurto in iudicio delatos, data sententia simul omnes damnasce ad mortem, Cuius nouitate facinoris, & tunc carus in populo, & clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam uerò ducatum Saxonie meruit, iudicio & iusticia gubernauit prouinciam, & in defensione Ecclesiarum sanctarum studiosus permansit usq; in finem.

1. Heremānus  
humili gene  
re natus, pro  
pter uirtutē  
ab imp. Otto  
ne constituitur  
dux Saxonie.

Mansum pro  
uilla dixit.

Scueritatis  
exemplum.

Manentes, id  
est, uillicos, su  
perioris secu  
li consuetudi  
ne dixit.

Igitur tali uiro pijsissimus Rex uicem suam in hac Regionem commendans, in Italiam discessit. Vbi rex habito concilio episcoporum, Iohannem Papam, cui Octavianus cognomētum erat, multis accusatum criminibus, deponi fecit, quamuis absentem: nam fuga iudicium subterfugerat, & in locum eius Protum Leonem ordinari fecit, a quo

Res geste Ot  
tonis primi.

Diligētia Im-  
peratoris Ot-  
tonis primi,  
in propagan-  
da religione  
Christiana.

ipse mox coronatus, Imperator Augustus à Pop. Roma-  
no consalutatus est, Anno regni eius. XXVIII. post coro-  
natum Romæ Carolum, centum quinquaginta tres anni  
fluxerunt. Eo tempore Imperator cum filio quinquenni-  
um in Italia cōmoratus, filios Berengarij debellauit, Ro-  
mamq̃ pristinae reddidit libertati. Reuersus ergo in pa-  
triam, omne studiū intorsit ad gentium uocationem, præ-  
cipuè uerò Slauorum, quod etiam pro sententia eius ita  
euenit, Deo cooperante, & pijsimī regis dextram in om-  
nibus corroborante.

# De Adelberto primo

Archiepiscopo Magdeburgensi, Cap. XI.

Otto primus  
fundauit sep-  
tem episcopa-  
tus, uidelicet.

1. Magdebur-  
gensē.

2. Mersebur-  
gensē.

3. Cizēnsē  
seu Naūbur-

gensē.

4. Misēnsē.

5. Brandens-  
burgensē.

6. Hauelber-  
gensē.

7. Aldenbur-  
gensē, qui  
nunc Lubicē  
sis dicitur.

**S**Vbactis autem, Christianæq̃ fidei copulatis Slauorū  
gentibus, magnus Otto inclytā urbem Magdeburg,  
super ripas Albix fluminis condidit, quam Slauis metro-  
polim statuens, Adhelbertum summæ sanctitatis uirum,  
ibidem consecrari fecit archiepiscopum, is primus in Ma-  
gdeburg ordinatus, duodecim annis strenue pontificatū  
administrauit, multosq̃ Slauorum populos illic prædicā-  
do conuertit. Cuius ordinatio facta est anno imperatoris  
XXXV. & sunt anni post ordinationem sancti Anscarij,  
CXXXVII. Magdeburgensi autē episcopatui subiecta  
est tota Slauania, usq̃ ad Penim fluuium: episcopatus suf-  
fraganei quinq̃ quorum Merseburg & Cicen, super Sa-  
lam fluuium, Misna uerò super Albiam, Brandenburg &  
Hauelberg interius uadunt. Sextus episcopatus Slaua-  
niæ

nia est Aldenburg. Hunc episcopatum, sicut & ceteros, Imperator Otto, Magdenburgensi primum subicere decreuerat, quem tamen postmodum Adheldagus Hammeburgensis episcopus requisivit, eo quod terminis sue Ecclesie antiquis Imperatorum priuilegijs esset circumscriptus.

# De Marcone primo episcopo Aldenburgensi, Cap. XII.

EST autem Aldenburg ea, quæ Slauica lingua Stargard, hoc est, antiqua ciuitas dicitur, sita inter Ba-  
 girorum, in occidentis partibus Baltici maris, & est terminus Slauie. Hæc autem ciuitas siue Prouincia fortissimis  
 quondam incolebatur uiris, eo quod in fronte totius Slauie posita, contiguos haberet Danorum siue Saxonum  
 populos, & omnes bellorum motus ipsi aut primi inferrent, aut alijs inferentibus exciperent. Tales autem in eis  
 quandoque reguli fuisse probantur, qui omni Obotritorū, siue Kycinorum, & eorum qui longè remotiores sunt, dominio fuerint potiti. Conclufa ergo atque subneruata, ut supra dictum est, omni Slauorum prouincia, urbs nihilominus Aldenburg ad fidem conuersa est, & facta est numero fidelium copiosissima. Huic urbi præcellentissimus Cæsar pontificem dederat uenerabilem uirum Marconem, subdens ei omnem Obotritorum prouinciā, usque ad Penem fluuium, & urbem Dimine, præterea ciuitatem opulentissimam Sleswich, quæ alio nomine Heidibo dicitur,



eiusdemiuri delegauit. Eo enim tempore Sleswich cum prouincia adiacente, quæ scilicet à lacu Slya, ad Egdoram fluuium protenditur, Romano imperio subiacebat, habens terram speciosam & frugibus fertilem, sed maximè desertam, eo quòd inter Oceanum & Balticum mare sita crebris insidiarum iacturis attereret. Postquàm autem misericordia Dei, & uirtute magni Ottonis matura pax omnia possedit, coeperunt habitari deserta Wagricæ & Sleswicensis prouinciæ: nec ullus iā angulus relictus fuerat, qui non esset conspicuus urbibus & uicis, plærisq; etiam monasterijs. Adhuc restant antiquæ illius habitationis plæraq; indicia, præcipuè in sylua quæ ab urbe Lucilinsburg per longissimos tractus, Sleswich usq; protrahitur, cuius uasta solitudo & uix penetrabilis inter maxima syluarum robora, sulcos prætendit quibus iugera quondam fuerant dispertitaturbium quoq; seu ciuitatum formam, structura uallorum prætendit; in plerisq; etiam riuis qui propter molendina stipandis aquis aggeres congesti sunt ostendunt omnem illum saltum à Saxonibus quondam inhabitatum. Primus ergo, ut dixi, huic nouellæ plantationi episcopus Marco præfuit, qui populos Wagirorum siue Obotritorum sacro baptismatis fonte lauit. Quo defuncto, Sleswich singulari Pontifice honorata est. Aldensburgensem sedem suscepit regendam uenerabilis uir Eouwardus, qui multos Slauorum conuertit ad Dominum. Ordinatus est à sancto Adeldago, Hammemburgensi archiepiscopo. Creuit autem populus fidelium, nec fuit aliquis quod nouellæ ecclesiæ aduersaretur omni tempore Ottonum. Horum tres fuisse comperi, omnes pari deuotione erga Slauorum uocationem affectos. Et reple

Legedum ui  
detur Lut  
tinsburg.

Eouwardus  
2. Episcopus  
Aldēburgen  
sis.

ta est omnis Wagirorum, Obotritorum, siue Kycinorum prouincia, Ecclesijs, Sacerdotibus, Monachis, & Deo dicatis uirginibus. Porro Aldenburgensis ecclesia dedicata fuit in commemoratione sancti Iohannis Baptistæ, existens honore matricis Ecclesiæ insignis. Melinburgensis uero ecclesia fuit constructa in honore Principis Apostolorum Petri, continens monasterium Virginum. Fuerunt præterea Aldenburgenses Pontifices admodum honorabiles erga regulos Sclauorum, eo quod munificentia magni principis Ottonis cumulati essent temporalium rerum affluentia, unde possent copiose largiri, & fauorem sibi populi consciscere. Dabatur autem Pontifici annuum de omni Wagirorum siue Obotritorum terra tributum, quod scilicet pro decima imputabatur, de quolibet aratro mensura grani, & quadraginta resticuli lini, & duodecim nummi puri argenti. Ad hoc unus nummus, precium colligentis. Sclauicum uero aratrum, par boum, aut unus conficit equus. De urbibus uero, aut prædijs, aut curtium numero, quæ ad possessionem Pontificis pertinebant, non est huius operis explanare, eo quod uetera in obliuionem uenerint, & ecce noua sunt omnia.

*Veteres reditus Aldenburgensis episcopi.*

*Mensuram grani dixit pro modio frumenti.*

## De Vuagone Episco-

po Aldenburgensi, Cap. XIII.

**A**Nno ergo regni sui 38 Imperij II. magnus princeps Otto, domitor omnium septentrionis nationum, foeliciter migrauit ad Dñm, & sepultus est in ciuitate sua



Otto secundus  
Imperator,  
Anno 974.

Magdeburg. Cui filius Otto medianus succedens, per x. annos strenue gubernauit imperium. Is statim Lothario & Carolo Francorum regibus subactis, cum in Calabriam bellum transferret, a Sarracenis, & Græcis, uictor, & uictus, apud Romam decessit. Illi tertius Otto, cum adhuc esset puer, in regnum substitutus, annos decem & octo, forti & iusto sceptrum ornauit imperio.

2. Benno dux  
Saxonie.

Vuago 2. epi  
scopus Aldē  
burgensis.

Eodem tempore Hermannus dux Saxonum obiens, heredem suscepit filium Bennonem, qui etiam uir bonus & fortis memoratur, excepto quod degenerans a patre, populum rapina grauauit. Apud Aldenburg defuncto Eowardo, successit Wago. Hic in summa prosperitate inter Slauos degens, sororem fertur habuisse speciosam, quam appetijt regulus Obotritorum, nomine Billug. Cumq; allegationibus crebris Pontificem super hoc negotio conuenisset, quidam familiarium episcopi, petitionem incauta uerborum iniuria repleuerunt, dicentes iniustum esse pulcherrimam uirginem, inculto & agresti uiro copulare. Quam ille contumeliam dissimulatione repressit, & amoris stimulo concitatus, preces iterare non destitit. Timens autem episcopus, ne Ecclesie nouella, grauius aliquid exinde emergeret, postulationi eius fauore concurrat, data ei sorore sua in coniugio. Procreauit autem ex ea filiam, nomine Hodicam, quam Pontifex auunculus eius, monasterio uirginum contraditam, & sacris literis edoctam, Abbatisam prefecit uirginibus, quæ degabant Mikilnburg, cum tamen necdum peruenisset ad annos. Quod utiq; frater eius Missizla ægre tulit, odio, licet occulto, concitatus. Christianæ religionis, timens etiam, ne hoc exemplo peregrinus mos illis in partibus in-

Mikilnburg  
ciuitas, unde  
Ducatus no-  
men.

lesceret.



lesceret. Patrem autē frequenter coarguit, quasi qui mente alienatus, superuacuas diligeret adinventiones, nec time-  
meret patrijs derogare legibus, prius quidem ducens ux-  
orem Teutonicam, deinde filiam suam monasticæ clausu-  
ræ contradens. Cumq; his uerbis patrem sæpius exacue-  
ret, ille coepit sensim flecti animo, iamq; cogitare de acce-  
ptæ conjugis repudio, & de mutatione rerum. Sed conas-  
tus eius timor repressit, eo quod gratium causarum in-  
troitus semper sint difficiles, uirtus quoq; Saxonum ad-  
modum esset formidabilis. Neceffe enim fuit, repudiata  
sorore Pontificis, & diuinis rebus pessundatis, statim ad  
bella ueniri.

## De dolo Billug reguli

Obtritorum, Cap. XIII.

**Q**uadam ergo die contigit Pontificem uenire in ciui-  
tatem Obotritorum Mikilinburg, uisitationis gra-  
tia, quo etiā Billug cum primoribus occurrerat, exceptu-  
rus eū simulata deuotione. Episcopum itaq; publicis cau-  
sis intentum, sæpēdictus Obotritorum regulus palām al-  
loquitur, Magnas pietati tuæ, pater uenerabilis, debeo  
gratulationes, licet me ad has exoluendas nequaquam suf-  
ficere, ipse recognoscam. Priuata enim beneficia, quæ mi-  
hi impendisti, quia multiplicia sunt, & prolixo sermone e-  
gent, ad præsens differo. Generale autem totius Prouin-  
ciæ bonum commemorare compellor. Sollicitudo enim  
tua super Ecclesiarum instauratione, & animarum salu-

te, omnibus manifesta est: Sed nec latet, quantas principum offensas tua providentia fregisti, ut cum pace & tranquillitate in gratia principum consistere possimus. Honori ergo tuo, si postulati fuerimus, & nos, & nostra incunctanter impendemus. Petitionem autem paruulam apud te deponere non dubito: ne confundas faciem meam. Est apud Obotritos Pontificale tributum, quod pro decima imputatur, de quolibet scilicet aratro, quod duobus hominibus, aut uno constat equo, mensura grani, & XL, restes lini, & XII, nummi probatae monetae: praeterea unus nummus qui debetur colligenti. Hoc me rogo permittas colligere, deputandum stipendii neptis tuae, filiae scilicet meae. Quod ne forte ad tui iniuriam, & annonae tuae diminutionem rogare uidear, ad ius possessioni tuae in singulis urbibus quae sunt in terra Obotritorum, uillas quas ipse elegeris, exceptis his quae ad ius Pontificale, imperatoria iam dudum concessione peruenerunt. Pontifex ergo, non aduertens callidissimi hominis dolum, uerborum coloribus adumbratum, reputans etiam, nihil sibi officere concambium, sine mora petitioni eius annuit: ipse quidem uillas amplissimae possessionis accepit, tributum uero quod supra memorauimus, affini suo ad manus filiae ipsius colligendum resignauit: aliquandiu etiam apud Obotritos commoratus, praedia colonis exercenda distribuit, ordinatisque omnibus, in terram Wagirorum reuersus est. Ibi enim statio opportunior fuit, & extra pericula posita, eo quod Slauorum animi naturaliter sint infidi, & ad malum proni, eoque cauendi. Habuitque praeter alias, curtes duas nobiles, aquas quas saepius Pontifex diuersatus est, unam in uilla publica, quae dicitur Buzu, alteram super

*Mensura grani, id est, modius frumenti.*

*Billug regulus Obotritorum, fraude ecclesiastica bona ad se transfert.*

*Natura Slauorum.*

*Curtes praedij dixit.*

per

per fluuium Trabënnam, in loco qui dicitur Nezenna, ubi etiam fuit oratorium, & caminata murato opere facta, cuius fundamenta ego adolescentulus uidi, eo quòd non fuerint longè à radice montis, quem antiqui Edberg, moderni propter castellum impositum Sigeberg appellant. Post multos ergo dies cum Pontifex Wago aliàs occupatus, terram Obotritorum rari-Sigeberg. us inuiferet, supradictus Billug, unà cum filio suo Mislizla, opportunitatem nactus, dolum quem erga dominum & Pastorem suum conceperat, paulatim detexit, cœpitq; possessiones Episcopales, quas sibi ut fidei & affini suo tuendas Episcopus commendauerat, occultis uastare latrocinijs, & subintromittere seruos suos, qui colonis equos & cæteras substantias furtim auferrent. Conatus illius ad id usque processit, ut Episcopum, sicut decimarum iure, sic possessionibus exueret, perturbatoque capite, cultus Dei facilius pateret exterminio. Tandem ergo Pontifex ueniens in Prouinciã Obotritorum, ibique habita cum colonis inquisitione, deprehendit ad liquidum, quorum machinamentis tanta possessio-  
nis suæ immitterentur latrocinia. Per motus itaque, quod non mirum, stupore simul & timore, eo quòd atrocissimos insidiatores inuenisset eos quos putabat amicissimos, iamq; præsentis nouellæ plantationis defectionem  
 ¶ multum cœpit fluctuare animo. Recurrens autem ad id, quod pro tempore tutius uidebatur cõsili-  
 um, tentare cœpit si fortè uerbis suasibilibus mederi posset morbo paulatim subrepenti, multisque affinem blandi-  
 cijs mulcere cœpit, ut à cœptis desisteret, neue posses-

*deest, timor,  
aut simile  
uerbum.*



*Perfidia Billugi.*

siones Ecclesiasticas prædonibus depascendas exponeret, prouenturam sibi, si non resipuerit, non solum offensam diuinitatis, sed & maiestatis imperatoriae. Ille obiectiōibus dolos præstruens, respondet, nunquam se erga dominum & patrem suum, tantam admisisse imposturā, erga quem animum habuerit optime semper affectum: si quid autem factum fuisset, latronum hoc insidijs cōtigisse, qui de Ranis siue Wilzis commeantes, fortē nec suis parcerent, se quidem ad hos cohibendos, consilio & auxilio libenter affuturum. Facile ergo persuasum est simplici uiro, concepta opinione desistere. Postquam autem accepta satisfactione Pontifex abscessit, illi statim rupta pollicitatione ad cœpta deuoluti sunt flagitia, furtisq; uillarū incendia copulauerunt. Præterea colonis omnibus, qui ad ius episcopi pertinebant, nisi quantocyus prædia desererent, mortem interminati sunt. Sicq; possessiones illas in breui desolatio consecuta est. Accessit his malis, q̄ idem Billug matrimonij sui iura corrupit, repudiata scilicet sorore Pontificis. Fuit hæc causa inimicitiarum præcipua occasio, cœperuntq; res Ecclesiasticæ paulatim titubare, nec fuit unde status nouellæ ecclesiæ ad plenum posset conualescere, eo quod magnus Otto iampridem præsentī uitæ decessisset, medius quoq; necnon & tertius Otto bellis Italicis essent occupati: & ob hanc causam Slaui temporis opportunitate freti, non solum diuinis legibus, sed & imperatorijs iussis cœpissent paulatim obniti. Solus Saxoniæ dux Benno, aliquam dominationis umbram, licet tenuem, prætereundere uidebatur, cuius respectu Slauorū impetus retardati sunt, ne aut fidei Christianæ renunciarēt, aut arma corripere.

Wagone

Wagone ergo facto de medio, Ezico successit in cathe Exico 4. Epl  
 dram. Iste suscepit ordinationem à sanctissimo Adeldago, scopu Alder-  
 Hammemburgensi Archiepiscopo. Quatuor ergo Ponti burgensis,  
 fices ante excidium Aldenburgensis Ecclesiæ extitisse cō  
 perimus, uidelicet, Marconem, Edwardum, Wagonem,  
 & Eziconem, quorum tempore Slauī in fide perstiterūt, Magister As  
 Ecclesiæ in Slauania ubiq; erectæ sunt, monasteria uiro- dam, historis  
 rum & mulierum Deo seruientium constructa sunt pluri- cui Hambur-  
 ma. Testis est Magister Adam, qui gesta Hamburgensis genfis.  
 Ecclesiæ Pontificum, disertissimo stylo conscripsit, qui cū  
 commemoret, Slauaniam in duodeuiginti pagos disparti-  
 tam, affirmat præter tres, omnes ad fidem Christi conuer-  
 sos.

# De Suein rege Dano

rum, Cap. XV.

Eodem quoq; tempore Bolizlaus Polonorum Chri- Boleslaus  
 stianissimus rex, confœderatus cum Ottone Terrio, rex Poloniae  
 omnem Slauiam, quæ est ultra Odoram, tributis subiecit,  
 sed & Russiâ, & Prussos, à quibus passus est Adelbertus Vinitibi, l.  
 episcopus, cuius reliquias tunc Bolizlaus transfudit in Po- ère pi, die  
 loniam. Principes Slauorum q̃ Wui null siue Winitibi Vuenden-  
 dicuntur, fuerunt eo tempore, Misizla, Naccon, & Sede. Vuādali uerò  
 rich, sub quibus pax continua fuit, & Slauī sub tributo ser- Germani sue  
 uierunt. Nec prætereundum uidetur, quòd idem Misiz- runt, in quo  
 laus Obotritorum Princeps, Christum palâm confitens, sedes Vuini  
 sed clam persequens, sororem suam, Deo dicatam uirgi- ti seu Slauī  
 nem Hodicam, monasterio uirginum, quod erat Mikilin- successerūt.

*Mixta re  
cto consilio  
coniugium  
prætulit mo  
nastica.*

*Zueno siue  
Zuenotto  
uel S. eimot  
to Haroldi fi  
lius, rex Da  
nie, à religio  
ne Christiana  
deficit, et  
patri bellum  
infert.*

*Laus Haroldi  
di regis Da  
nie.*

burg, subtraxit, eamq; cuidā Bolizlao, incestissimō sociauit coniugio: Cæteras uirgines quæ ibidem repertæ sunt, aut militibus suis nuptum tradidit, aut ad terram Wilzorū siue Ranorū transmisit, sicq; monasterium illud de solatio consecuta est. Siquidem in diebus illis permittente Deo propter peccata hominum, perturbata est apud Danos & Slauos tranquillitas, & pulchris diuinę Religionis incrementis, inimicus homo superseminare zizania conatus est. Apud Danos enim Sueinotto, filius Christianissimī regis Haroldi, diabolico spiritu inflammatus, multas aduersus patrem molitus est insidias, cupiens eum quasi longæuum, & minus ualidum, regno priuare, & opus diuinæ plantationis de finibus Danorū penitus exterminare. Haroldus autem, ut suprà dictum est, primum quidē gentilis, deinde magni patris Vnnidoctrina ad fidem Christi conuersus, tanta se erga Dominum deuotione exercuit, ut non surrexerit similis ei inter omnes reges Danorū, qui tantam Aquilonis latitudinem, ad fidem diuinæ cognitionis traxerit, & omnem terram Ecclesijs & Sacerdotibus fecerit esse insignem. Huius uiri industria, in diuinis quidē rebus fuit eximia, nihilominus tamen etiam in mundana sapientia, in his uidelicet quæ ad regni gubernationem pertinere uidentur, adeo clauit, ut leges & iura statuerit, quæ pro autoritate uiri, non solum Dani, sed & Saxones adhuc hodie seruare contendunt. Concitantibus ergo his qui Deo seruire & paci regis delectabant, Dani unanimi conspiratione Christianitatem abdicant, & statuentes impium Suein in regnum, patri eius Haroldo bellum indicunt. Qui licet ab initio regni sui semper spem suam in Deo posuerit, uel tunc maxime

Domino



Domino commendauit euentum rei, non tam dolens sua pericula, quàm filij delictum, & Ecclesiæ angustias. Cernens enim tumultum non posse sedari sine prælio, arma sumpsit inuitus adhortantibus his qui Domino & Regi suo fidem inuiolatam exhibere nitebantur. Ventum est ergo ad bellum, in quo conflictu uicta est pars Haroldi, *Haroldus rex Danie, à filio uicta et regno priuatus.* cecideruntq; uulnerati multi, ipse uerò Haroldus graui- ter sauciatus fugit ex acie, ascensaq; naui elapsus est ad ci- uitatem opinatissimam Slauorum, nomine Winnetam, Vbi præter spem, quia barbari erant, humane receptus, post aliquot dies ex eodem uulnere deficiens, in Christi confessione migravit, adscribendus non solum inter Deo dignos reges, sed etiam inter gloriosos martyres. Regnauit autem annis quinquaginta. Quo defuncto, Suei in regno potitus, in sua crudelitate sauire cœpit, gra- uissimam in Christianos persecutionem exercens. Con- surrexeruntq; omnes iniqui in finibus Aquilonis, gauden- tes uel tunc patere locū maliciæ suæ, bellis scilicet & per- turbationibus, cœperuntq; finitima regna uexare terra- *Suei rex Danie, uastat Saxoniam.* mariq;. Primum ergo conflato nauali exercitu, remigan- tes mare Brikannicum breui compendio, appulerunt lit- toribus Albiæ fluminis, ubi improuisi irruētes super qui- etos & improuidos, uastarūt omnia maritima Hathelen, *Hadeln:* omnemq; terram Saxonum, quæ erat super ripas Albiæ fluminis, quousq; peruenirēt Stadiū, qd est opportuna sta- *Staden opp.* tio nauium per Albiā descendētium. Quo tristi rumore uelo- citer cōperto, Comes Sigafrius, & Thidericus, cæteri- q; nobiles, ad quos puinciæ tutela pertinebat, ruerunt obuiā barbaris, cū tamen essent perpauci, cōstricti temporis arti- culo, exceperūtq; hostes in memorato portu Stadij. Facta

*Saxones caesi  
Danis ad Sta-  
dium.*

est ergo pugna uehementissima, in qua superantibus Da-  
nis, uirtus Saxonum penitus est attrita. Comites ambo, ce-  
teriq; nobiles & militares uiri qui interfectioni superfue-  
rant, uincti & catenati ad naues perducti sunt. Comes Si-  
gafridus, auxilio cuiusdam piscatoris, noctu profugit, &  
euasit captionem. Quamobrem barbari furore correpti,  
omnes quos habebant in uinculis nobiliores, truncauer-  
unt manibus & pedibus, & nare præcisa ad terram semi-  
animas proiecerunt. Deinde quod residuum fuit provin-  
ciæ illius, impune prædati sunt. Altera pars piratarū, quæ  
quæ per Wirrahā subuecta, omnem illius fluminis ripam  
usq; Lestmonam uastauerat, cum maxima captiuorum  
multitudine peruenerunt ad paludem Glindesmor. Vbi  
cum quendam Saxonem militem captiuum facerent du-  
cem itineris, ille perduxit eos ad loca difficiliora paludis,  
in qua illi diu fatigati, faciliè à Saxonibus qui insecuti sunt,  
disiecti sunt, & perierunt ex eis xx. millia. Nomen militis  
qui deduxit eos ad inuium, fuit Herwardus, qui perenni  
Saxonum laude celebratur.

*Dani uicissim  
caesi in Saxo-  
nia.*

## Quomodo Slaui fidem

Christianam reliquerint, Cap. XVI.

*Mors Otto-  
nis Tertij. Im-  
perator.  
Henricus 2.  
Imp. Anno  
1003.*

**C**irca idem tempus impletus est annus incarnationis  
Verbi, millesimus primus, in quo fortissimus Impe-  
rator Otto Tertius, cum iam tertio uictor Romam intraf-  
set, immatura morte preuentus, occubuit. Cui successit in  
regno pius Henricus, iusticia & sanctitate insignis, ille in-  
quam,

quam, qui Bauenbergenſem fundauit epiſcopatum, & erga cultum Eccleſiarum ampliffimæ fuit munificentię. At uero anno regni eius decimo, mortuus eſt dux Saxonię Benno, uir omni probitate conſpicuus, & ſtrenuus Eccleſiarum deſenſator. Cuius principatus hæres factus eſt Bernardus filius eius, licet à paterna foelicitate diuertit. Ex illo enim tempore, quo dux conſtitutus eſt, in hac Regione nunquam ceſſauit diſcordia, & perturbatio, quoniam dux Heinrico Imperatori rebellare auſus, totam ſe cum ad rebellandum Cęſari mouit Saxoniam. Deinde ſurgens in Chriſtum, omnes Eccleſias Saxonię terruit atque turbauit, illas præcipuè, quæ in memorata rebellionem, ipſius maliciæ noluerunt applicari. Acceſſit his malis, quod idem dux, tam paternæ quàm auitæ deuotionis, quam erga Slauos habebant, penitus immemor, gentem Winulorum per auariciam crudeliter opprimens, ad neceſſitatē paganismi coegit. Sanè eo tempore Slaui dominiū potiti ſunt Theodoricus Marchio, & dux Bernardus, illo quidem orientalem, iſto occidentalem poſſidente prouinciā, quorum ignauia, Slaui coëgit fieri deſertores. Ru- des enim adhuc in fide gentiliū populos, quos optimi quondam Principes cum magna lenitate fouerant, tempe- rantes rigorem his quorum propenſius inſiſtebant ſaluti, iſti tanta crudelitate infectati ſunt, ut excuſſo tandem ſeruitutis iugo, libertatem ſuam armis defendere cogerentur. Principes Winulorū erant Miſtiwoi, & Mizzudrag, quorum ductu ſeditio inflammata eſt. Sermo ergo eſt, & ueterum narratione uulgatum, quod idem Miſtiwoi, pe- tiſſi ſibi neptem ducis Bernardi, & ille promiſit. Tunc i- dem princeps Winulorū, uolens ſponſione dignus fieri,

*s. Bernhara  
dux dux Sax  
onie.*

*Prima Slaui  
rum deſectio  
à fide Chri-  
ſtiana, orta  
ex auaricia  
principum.*



*Atrox sed  
tio, orta ex  
contumelio  
so dicto prin  
cipis.*

perrexit cum duce in Italiam cum equitibus mille, qui omnes ferè ibidem sunt interfecti. Cumq; rediens de expeditione, pollicitam sibi mulierem ex peteret, Theodoricus Marchio interceptit consilium, consanguineam ducis non dandam proclamans cani. Quo ille audito, cum magna indignatione recessit. Cum ergo dux mutato consilio nuncios post eum direxisset, ut concupitis potiretur nuptiis, ille refertur tale dedisse responsum: Oportet quidem generosam magni Principis neptem præstantissimo viro copulari, non uerò cani dari. Magna nobis gratia pro seruitio refertur, ut iam canes, non homines iudicemur. Si ergo canis ualens fuerit, magnos morsus dabit. Et hoc dicens, reuersus est in Slauiam, & primo omnium transiuit in ciuitatem Reihre, quæ est in terra Lutitiorum, conuocatisq; omnibus Slauis qui ad orientem habitant, intima uit eis illatam sibi contumeliam, & quia Saxonum uoce Slauī canes uocentur. At illi; merito hæc, inquit, pateris, qui spernens contribules tuos, excoluisti Saxones, gentem perfidam & auaram. Iura ergo nobis quòd deseras eos, & stabimus tecum, iurauitq; eis.

Postquàm autem dux Bernardus emergentibus causis, arma aduersus Cæsarem corripuit, Slauī opportunitate accepta, congregato exercitu, totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati sunt: deinde reliquam peragrantes Slauaniam, omnes ecclesias incenderunt, & ad solum usq; diruerunt: sacerdotes autem, & reliquos ecclesiarum ministros, uarijs supplicijs enecantes, nullum Christianitatis uestigium trans Albiam reliquerunt.

Apud Hāmemburg eo tempore, ac deinceps, multi ex clero & ciuibus in captiuitatem abducti sunt, plures eti-

am

*Seuicia Sla  
uorū aduer  
sus Christiā  
406.*

am interfecti, propter odium Christianitatis. Narrant seniores Slauorum, qui omnes barbarorum gestas res in memoria tenent, Aldenburg ciuitatem, populatissimam de Christianis inuentam fuisse. Sexaginta ergo presbyteri, cæteris more pecudum obtruncatis, ibi ad ludibrium seruati sunt. Quorum maior loci præpositus Oddar nomen habuit. Ille ergo, cum cæteris, tali martyrio consummatus est, ut cute capitis in modum crucis incisa ferro, cerebrum singulis aperiretur. Deinde ligatis post terga manibus, confessores Dei per singulas ciuitates Slauorum tracti sunt, usque dum deficerent.

Taliter illi spectaculum facti & Angelis & hominibus, in stadio mediæ cursus exhalârunt uictorem spiritum. Multa in hunc modum per diuersas Slauorum ac Nordalbingorum prouincias tunc facta memorantur, quæ scriptorum penuria nunc habentur pro fabulis. Tanti denique in Slauiâ habentur martyres, ut uix possint libro comprehendî.

Omnes ergo Slaui, qui inter Albiâ & Odoram habitant, per annos septuaginta, & amplius, Christianitatem coluerunt, omni scilicet tempore Ottonum, taliq; modo se absciderunt à corpore Christi, & Ecclesiæ, cui antè coniecti fuerant. O uerè occulta super homines Dei iudicia, qui miseretur cui uult, & quem uult, indurat. Cuius omnipotentiam mirantes, uidemus eos ad Paganismum relapsos esse, qui primi crediderunt, illos autem conuersos ad Christum, qui uidebantur nouissimi. Ille ergo ludeus iustus, Fortis & patiens, qui olim deletis coram Israël septē gentibus Canaā, solos reseruauit allophylos in quibus experiretur Israël, ille, inq; modicam gentiliū portionem

nunc Indurare uoluit, per quos nostra confunderetur per  
fidia. Hæc facta sunt ultimo tempore senioris Libentij Ar  
chiepiscopi, sub duce Bernardo, filio Bennonis, qui popu  
lum Slauiorū grauitè afflixit. Theodoricus Marchio Sla  
uorum, cui cum commemorato eadem fuit auaricia, simili  
lis crudelitas, depulsus ab honore & omni hæreditate,  
præbendarius apud Magdeburg, mala morte, ut dignus  
fuit, uitam finiuit. Mistwoi princeps Slauiorum, circa ulti  
ma tempora poenitentia ductus, ad Dominum reuersus,  
cum nollet Christianitatem deferere, depulsus est à pa  
tria, fugiensq; ad Bardos, ibidem consenuit, fidelis.

*Bardi, popu  
li Saxonie, à  
quibus & Lō  
gobardi.*

## Successio Aldenburgen

sium & Hamburgensium episco  
porum, Cap. XVII.

*Volckwardus  
dux s. Alden  
burg episco  
pus, conuer  
tit Norwegi  
os ad Chri  
stum.  
Libentius s.  
Hamburgēsis  
archiepiscopus.  
Vnnuamus,  
ab alijs Vur  
ranus di  
ctus, 9.*

**D**Efuncto ergo Ezicone in Aldenburg, successit  
Volckwardus, post quem Reginbertus. Quorum  
prior, Volckwardus, persecutionis tēpore Slauiā pulsus,  
abiit in Norwegiam, ibiq; multos Domino lucratus, cum  
gaudio rediit Bremam. In Hamburgensi quoq; metropo  
li, Adeldago, qui primus in Aldenburg ordinauit episco  
pos, successit Libentius, uir sanctitate insignis. Huius tē  
poribus Slaui defecerunt à fide. Post hunc fuit Vnnua  
mus, clarissimo genere oriundus, præterea diues & lar  
gus, omnibus hominibus acceptus, clero autem appri  
mè beneuolus. Eo ergo tempore, quo dux Bernardus,  
suiq; complices, Cæsari Heinricho rebellauit, omnibusq;  
Saxonie



Saxonie Ecclesijs esset grauis, & infestus, illis maximè qui erga maiestatem Imperatoriam fidelitatis suæ iura temerare uoluissent, eius impetū uiri dicitur Archiepiscopus Vnnuanus sua magnanimitate refregisse, ut propter sapientiam & liberalitatem episcopi, cogeretur ipse dux, ecclesiæ, cui antea aduersatus est, deinceps benignus esse in omnibus. Igitur habito Pontificis consilio, rebellis Princeps tandem flexus, apud Scalchisburg Cæsari Heinrico supplex dedit manus. Mox quoque fauente Vnnuano, Slauos tributo subiiciens, pacem reddidit Nordalbingis, & matri Hammemburg. Ad cuius restaurationem uenerabilis metropolitanus asseritur post cladem Slauanicam, ciuitatem & ecclesiā fecisse nouam, simul ex singulis congregationibus suis, quæ uiuorum essent, tres eligens Fratres, ita ut 12. fierent, qui in Hammemburg Canonica deberent conuersatione, uel qui populum conuerterent ab errore idolatriæ. Ordinauitque in Slauaniam, mortuo Reginberto, Benno uirum prudentem, qui de Fratribus Hammemburgensis Ecclesiæ electus, in populo Slauorum multum prædicando fructum attulit.

Collegia Ca-  
nonicorum  
quo sine pri-  
mum constitu-  
ta.  
Reginbertus  
s. Benno 7.  
Aldenburgē  
sis episcopa-  
pus.

## De instauratione Al

denburgensis ecclesiæ, a Slauis euersæ,  
Cap. XVIII.

**B**ENNO magnæ deuotionis uir, cupiens diruta Aldenburgensis sedis reedificare, perquirere cœpit de possessionibus & redditibus, quos ad ius episcopale magni Ot-

*Slavi reditus  
ecclesiasticos  
Aldenburgē  
si ecclesie re  
cusant solue  
re.*

tonis deputauerat institutio. Sed quia post excidium Aldenburghensis ecclesie, primitiua instituta, & magnorum principum donationes uenerant in abolitionem, & Slauorum possessioni cesserant, memoratus Pontifex in presentia ducis Bernardi questus est quod Bagiri & Obotriti, ceterique Slauorum populi, debita sibi negarent stipendia. Vnde Principes Winulorum ad colloquium euocati sunt, & interrogatione habita, quare Pontifici legitimam subtraherent annonam, illi prætendere cœperunt uarias exactionum grauedines, expedire sibi egredi terram potius quàm implicari maioribus uestigalium pensionibus. Considerans ergo Dux, non posse instaurari Ecclesiastica iura secundum eam formam qua fuerant tempore magni Ottonis, petitione adhibita, uix obtinuit, ut de qualibet domo, paupere uel diuite, per omnem Obotritorum terram, duo nummi Pontificalibus soluerentur impensis. Præterea curtes illæ notissimæ, Buzu, & Nezenna, & ceteræ possessiones in terra Bagirorum, episcopo restituta sunt rursus incolendæ. Illa uerò prædia quæ fuerunt in remotiori Slauia, quæ olim ad Aldenburghense episcopium pertinuisse antiquitas commemorat, ut est Derithsewe, Motize, Cuzin, cum attinentijs suis, episcopus Benno nullatenus per ducem obtinere potuit, licet ad hæc requirenda sæpius enisus fuerit. Postquam autem placuit pijsimo Cæsari Heinrico, curiã celebrare in castro Werben, quod est iuxta Albiam, ad experiendos animos Slauorum, uenerunt omnes principes Winulorum in præsentiam Cæsaris, seque imperio ad bonũ pacis & subiectionis obtemperaturos protestati sunt. Ibi ergo cum Aldenburghensis Pontifex in facie Cæsaris ueterem pro Ecclesie suæ

*Curiã dixit  
procouentu  
principium  
& ordinem  
imperij.*

*Slavi Roma  
Imperio, sub  
Imperatore  
Heinrico se  
cundo, sese  
rursus subiici  
unt.*

suæ bonis innouaret querimoniam, interrogati principes  
 Slauorum de possessionibus ad ius episcopi pertinenti-  
 bus, recognouerunt memoratas urbes cum suburbijis eo-  
 rum, ecclesiæ & Pontifici debere pertinere. Præterea o-  
 mnes Obotriti, Kycini, Polabi, Wagiri, & cæteri Slauorū  
 populi, qui terminis Aldenburgensis Ecclesiæ conclude-  
 bantur, polliciti sunt dare omnem censum quem pro dæ-  
 cima magnus Otto ecclesiasticis stipendijs deputauerat.  
 Quorum tamen pollicitatio, plena simulatione & fallacia  
 fuit. Statim enim ut Cæsar soluta curia ad alia se conuer-  
 sit, nihil de promissis curauerunt. Dux quoq; Saxonum  
 Bernardus, in armis quidem strenuus, sed totus auaricia  
 infectus, Slauos quos ē uicino positos bellis siue pactio-  
 bus subegerat, tantis uectigalium pensionibus aggraua-  
 uit, ut nec memores Dei, nec sacerdotibus ad quidquam  
 essent beneuoli. Quamobrem Christi confessor Benno, ui-  
 dens legationis suæ ministerium, à Principibus seculi non  
 solum non adiuuari, imò funditus præpediri, casto labore  
 fatigatus, cū non inueniret ubi requiesceret pes eius, per-  
 uenit ad sanctissimum uirum Berentwardū Hildensem  
 sem præsulē, ostendens ei angustias suas, & querens in tri-  
 bulatione consolationem. Ille ut erat uir mitissimus, colle-  
 git hospitē, & præbuit lasso humanitatis officia, & de facul-  
 tatib. ecclesiæ suę suppeditauit ei uitæ stipendia, quatenus  
 ad legationis suæ opus exiens, atq; reuertēs, inueniret sta-  
 tionem tutam in qua pausare posset. Eo tempore memo-  
 ratus Pontifex Berentwardus, in possessione quæ sibi hæ-  
 reditario iure prouenerat, magnam fundauit Ecclesiam,  
 amplissimis, ut uideri potest, impensis, in honore scilicet  
 S. Michaëlis archangeli, in qua etiam copiosam monacho



*Meinerus* 8. rum turmam ad serulendum Deo aggregauit. Consumma-  
*Abelinus* 9. mata ergo ad uotum basilica, ad denunciatum dedicatio-  
*episcopus Al-* ni Festum, conuenit immensa multitudo, ubi cum sinistrū  
*denburgēsis.* ecclesiæ latus noster episcopus Benno dedicaret, à popu-  
*Libentius* 2. lo compressus & attritus, post paucos dies, morbo ingra-  
*uo.* uescente, uita defunctus est, & in aquilonari eiusdem ec-  
*Archiepi-* clesiæ absida honestam obtinuit sepulturam. Huic successit  
*scopus Ham-* sit Meinherus, qui suscepit benedictionem à Libentio se-  
*burgēsis.* cundo. Post hunc fuit Abelinus, ordinatus ab Alebrando  
*Alebrandus,* qui & Bece Archiepiscopo.  
*linus seu Bes-*

*zilinus* 12. ar-  
*chiepiscopus*  
*Hamburgē-*  
*sis.* Omitti-  
*tur enim Her-*  
*mannus qui*  
*fuit* 11.

## De Godschalco Princi

pe Slauorum, persequente Christianos, eiusq;  
 pœnitentia, Cap. XIX.

*Conradus* 2. **I**N diebus illis pax firma fuit in Slauia, eo quòd Conra-  
*Imperator,* dus, qui Heinrico Pio successit in imperium, Winithos  
*Anno 1025.* frequentibus bellis attriuerit. Veruntamen Christiana re-  
 ligio, & cultus domus Dei, paruum recepit incrementū,  
 præpediente auaricia Ducis, & Saxonum, qui omnia cor-  
 radentes, nec ecclesijs, nec sacerdotibus quidquam passi  
 sunt esse residui. Principes Slauorum, Anadrag, Gneus,  
 & tertius Vdo, male Christianus: Vnde & propter cru-  
 delitatem suam à quodam Saxonum transfuga, improui-  
*Godescalcus* se confossus est. Filius eius, Godescalcus nomine, apud  
*Slauorum* Lunenburg, scholaribus erudiebatur disciplinis. Qui mor-  
*Princeps, ab* te patris comperta, fidem reiecit cū literis, amneq; trans-  
*iecta religio* misso, uenit ad Gentem Winitorum. Congregataq; mul-  
 titudine

titudine latronum, percussit in ultionem patris, omnem *ne Christiana,*  
 terram Nordalbingorum, & tantas strages fecit *na, uastat*  
 Christianæ plebis, ut crudelitatis omnem modum excefferit. *Nordalbingi*  
 Nihilque remansit in Holsatorum & Sturmariorum Prouin- *am, & perse-*  
 cia, siue eorum qui Thetmarsii dicuntur, quod manus ei- *quitur Ch r-*  
 us effugerit, præter notissima illa præsidia Ettheo & Bo- *sthanos.*  
 keldeburg: illò se quidam armati contulerant, cum mulie- *Vide quanti*  
 ribus & paruulis, & substantijs quæ direptioni superfue- *mali ex uno*  
 rant. Quadam ergo die cum memoratus princeps latro- *homicidio.*  
 cinali more per campos & miricas ferretur, uidens Re- *Miricas pro*  
 gionem uiris & Ecclesijs quandoque refertam, uastæ solitu- *memoribus*  
 dini subiacere, exhorruit propriæ crudelitatis opus, & ta- *dixit, cin hei*  
 ctus dolore cordis intrinsecus, deliberauit à nefarijs cœ- *de.*  
 ptis tandem cohibere manus. Auulsus ergo parumper à *Pœnitentia*  
 socijs, & quasi ad insidias exlens, inopinate offendit quen- *God, chalc.*  
 dam Saxonem Christianum. Qui cum armatum eminus  
 uenientem fugeret, ille clamore sublato ut subsistat, iurat  
 etiam se nihil ei nociturum. Cumque uir timidus, recepta fi-  
 ducia, substitisset, cœpit percunctari ab eo, quis esset, aut  
 quid nosset rumoris. At ille, ego sum, inquit, homo pau-  
 per, Holsatia genitus, Sinistros autem rumores quotidie  
 experimur, quia Princeps iste Slauorum Godschalcus,  
 multa mala infert populo & terræ nostræ, sitimque crude-  
 litatis suæ saturare cupit sanguine nostro. Tempus enim-  
 uero esset, ut uindex Dominus, ulcisceretur iniurias no-  
 stras. Cui Godescalcus: multum, inquit, coarguis uirum  
 illum, principem Slauorū. Reuera enim multas ille præ-  
 furas suscitauit populo & terræ uestræ, ultor paternæ cæ-  
 dis existens magnificus. Ego autem sum uir iste, de quo  
 nunc sermo est, & ueni ut loquar tecum. Doleo enim me

tantum nefas commisisse aduersus Dominum & Christi-  
colas, & uehementer cupio redire in gratiam eorum, qui  
bus me tanta iniuste intulisse recognosco. Accipe ergo  
uerba mea, & reuertens ad populum tuum, annuncia eis,  
ut ad locum destinatum transmittant uiros fideles, qui me  
cum clam agant de foedere, et pacis conditione. Quo facto,  
omnem hanc turbam latronum, cum quibus magis ne-  
cessitate quam uoluntate detineor, tradam in manus eo-  
rum. Et haec dicens, designauit ei locum & tempus. Qui  
cum uenisset ad praesidium, in quo Saxonum superstites  
cum magno timore consistebant, nunciauit senioribus uer-  
bum istud absconditum, suggerens omnibus modis, ut  
transmitterent uiros ad praefixum colloqui locum. At illi  
non intenderunt, reputantes dolum insidijs opportunum.

*Godefridus  
captus a du-  
ce Saxonie  
Bernardo, et  
dimissus, ad  
Knutum Ma-  
gnum, regem  
Danie, mili-  
tatum abiit.*

Post aliquot itaque dies, idem Princeps a Duce captus,  
& quasi Princeps latronum in uincula coniectus est. Re-  
putans autem Dux, uirum fortem, & ad arma strenuum,  
utilem sibi fore, inijt cum eo foedus, & honorifice dona-  
tum, abire permisit. At ille dimissus, abiit ad regem Dano-  
rum Knutum, & mansit apud illum multis diebus siue  
annis, uarijs bellorum exercitijs, in Normannia siue  
Anglia uirtutis sibi gloriam consciscens. Vnde & filia re-  
gis honoratus est.

## De Fide & pietate

Godefridus,

Cap. XX.

Post



**P**ost mortem, ergo Kanuti regis, reuersus est Gode-  
 scalcus in terram patrum suorum. Et inueniens heredi-  
 tatem suam à quibusdam tyrannis inuasam, dimica-  
 re statuit, & comitante uictoria, possessiones cum princi-  
 patu ex integro recepit. Statimq̃ ad cōquirendum sibi a-  
 pud Dominum gloriam & honorem animum intendens *Godescalcus ex persecuto-  
re fuit Christi-  
anus, & Ec-  
clesias instau-  
rat, Slaucosq̃  
ad Christum  
reducit.*  
 Slauium populos, quos Christianitatis olim susceptę ob-  
 liuio iam tenebat, ad recipiendā credulitatis gratiā, & ad  
 gerendum Ecclesię curam suscitare studuit. Et prospera  
 tum est opus Dei in manibus eius, adeo ut infinita gentili-  
 um multitudo conflueret ad Baptismi gratiam. Et reædifi-  
 cata sunt per uniuersam Wagirorum prouinciā, nec  
 non & Polabingorum, & Obotritorum ecclesię quondā  
 dirutę. Iamq̃ missum est in oēs prouincias pro sacerdoti-  
 bus ac ministris uerbi, qui rudes gentiliū mentes doctrina  
 fidei imbuerent. Gratulabantur itaq̃ fideles de nouellę  
 plantationis incremento. Factumq̃ est ut prouincię pler-  
 nę essent Ecclesijs, Ecclesię uero sacerdotibus. Sed & Ky-  
 cinj & Circipani, & quęcūq̃ gentes circa Penim habitāt  
 receperunt gratiam fidei. Est autem Penis fluuius, in cuius *Penis fluuius.  
Dem in ciui-  
tas Pomerania.*  
 ostio sita est ciuitas Dimine. Illuc quondam portende-  
 batur limes Aldenburghensis Parochiæ. Igitur omnes Sla-  
 uorum populi, qui ad Aldenburghensem pertinebant cur-  
 rā, toto tempore quo Godescalcus superuixit, Christianā  
 fidem deuotē tenuerunt. Sanē magnę deuotionis uir diciē  
 tanto religionis diuinę exarisse studio, ut sermonē exhor-  
 tationis ad populū frequenter in Ecclesia ipse fecerit, ea  
 scilicet quę ab Episcopis uel Presbyteris mysticē dicebāt,  
 cupiens Slauiis uerbis reddere planiora. Proculdubio in  
 omni Slauiā nemo unq̃ surrexit potentior, & tā feruidus

Christianæ religionis. Etenim si uita ei longior concederetur, omnes paganos ad Christianitatem cogere disposu-  
it, cum ferè tertiam partem eorum conuerterit, qui prius  
sub auo eius Miltinwoi relapsi sunt ad paganismum. Tunc  
etiam per singulas ciuitates Coenobia fiebant sanctorum  
uirorum Canonicè uiuentium; item Monachorum atque  
Sanctimonialium, sicut testantur ij, qui in Lubeke, Alden-  
burg, Rasesburg, Leontio, & in alijs ciuitatibus singulas  
uiderunt. In Magnopoli uerò, quæ est inclyta Obotritorū  
ciuitas tres fuisse congregationes Deo seruientium re-  
feruntur.

# De pugna Tolenzo

rum, Cap. XXI.

*Intestinum  
bellum Slauo-  
rum inter se.  
se.*

*In confinio  
scilicet Dux  
satus Melke-  
burgensis &  
Pomeranie.*

*Radigast, Dux  
Slauorū.*

**I**N diebus illis factus est motus magnus in oriētali pro-  
uincia Slauorum, ciuili inter se bello dimicantium. Qua-  
tuor autem sunt populi eorum, qui Lutitij siue Wilzi di-  
cuntur, quorū Kycinōs atq; Circipanos citra Panim, Riad-  
duros siue Tolēzos cis Panim habitare constat. Inter hos  
de fortitudine & potentia ualida orta est contentio: Siqui-  
dem Riaduri siue Tholenzi, propter antiquissimam urbē  
& celeberrimum illud fanum, in quō simulacrum Radigast  
ostenditur, regnare uolebant, adscribentes sibi singu-  
larem nobilitatis honorem, eo quōd ab omnibus populis  
Slauorum frequentarentur, propter responsa & annuas  
sacrificiorum impensiones. Porro Circipani atq; Kycinī  
seruire detrectabant, imo libertatem suam armis defende-  
re sta-

re statuerunt. Crescēte igitur paulatim seditione, tandem peruenitur ad prēlium, ubi inter ualidissimas pugnas Riaduriatq; Tholenzi fusi sunt. Ideo secūdo & tertio restau-  
 ratum est praelium: item ijdem ab eisdem contriti sunt. Multa millia hominum hinc & inde prostrata, Circipani & Kycini quibus bellum necessitas indixerat, uictores. Riaduriatq; Tolenzi qui pro gloria certabant, deiectionis suæ pudore uehementer afflictī, accersierunt in auxilium fortissimum regem Danorum, & ducem Saxonum Bernhardum, necnon & Godescalcū principem Obotritorum, singulos cum exercitibus suis, alueruntq; tantam multitudinem de proprijs stipendijs sex hebdomadibus. Inualuitq; praelium aduersus Circipanos atq; Kycinos, nec habuerunt uires resistendi, obsessi tanta multitudine, cæsaq; est ex eis maxima multitudo, & quā plerimi in captiuitatem ducti. Ad ultimum 15. millibus Marcarū, pacem mercati sunt. Principes pecuniam inter se partiti sunt. De Christianitate nulla fuit mentio, nec honorē de-  
 derunt Deo, qui contulit eis in bello uictoriā. Vnde cognosci potest Saxonum insatiabilis auaricia, qui cū in-  
 ter gentes cæteras, Barbaris contiguas, præpolleant armis, & usu militiæ, semper proniores sunt tributis augmē-  
 tandis, quā animabus Domino conquirendis. Decor enim Christianitatis, sacerdotum instantia, iam dudum in Slauia conualuisset, si Saxonum auaricia non præpedisset. Prædicetur ergo & omni laude extollatur dignissimus ille Godescalcus, qui barbaris gētibus editus, munus fidei, credulitatis gratiam suæ Genti cum pleno dilectionis feruore reparauit. Arguantur Saxonum proceres, qui Christianis proauis geniti, & gremio sanctæ matris Ecclesiæ

*Pœna idolatri.*

*Auaricia gubernatorum, deformans ecclesias.*



forti, steriles semper & inanes in opere Dei sunt inuenti.

# De rebellionem Slauo= rum, Cap. XXII.

**E**A ergo temporum serie, qua misericordia Dei & uirtute religiosissimi uiri Godescalci, status Ecclesiæ & sacerdotij cultus in Slauia decenter uiguit, defuncto Adelbertus, bellino Pontifice, Aldenburghensis Ecclesiæ in tres diuisa 12. Archiepi est episcopatus. Quod quidem imperiali minimè factum scopus Ham- est institutione, sed Magni Adalberti Hamenburghensis. Archiepiscopi adinuentiõe ita ordinatum fuisse constat. Ille enim uir magnificus & præpotens in regno, cùm fortissimum Henricum Cæsarem, uidelicet Conradi filium, nec non & Papam Leonem haberet propicios, atq; uoluntati suæ per omnia consentaneos, in omnibus Borealibus regnis Datiæ, scilicet, Suediæ, Norwegiæ, functus est auctoritate Archiepiscopali, & legationis Apostolicæ ministerio. Nec his cõtentus, Patriarchatus honorẽ assequi uoluit, eo scilicet ordine, ut infra terminos suæ parochiæ 12. statueret episcopatus, de quibus narrare superuacaneũ est, eo quòd sapientibus ineptiæ quædam & deliramenta uisa fuerint. Confluebant ergo in curiam eius multi sacerdotes, & religiosi, pleriq; etiã episcopi, qui sedibus suis exturbati, mensæ eius erant participes. Quorum sarcina ipse alleuari cupiens transmisit eos in latitudinem gentium, quosdam locans certis sedibus, quosdam incertis, Et quibus Ezonem subrogauit Abelino in Aldenburgh

burg, Aristonem quendam à Hierosolymis uenientem in Rasesburg esse constituit, Joannem in Mikulinburg destinauit. Iste Iohannes peregrinationis amore Scotiam egressus, uenit in Saxoniam. Et clementer, ut omnis, susceptus ab Archiepiscopo, nō multo post in Slauiam missus est ad Godescalcum, apud quem commoratus, illis diebus multa milia paganorum baptizasse describitur. Pax idolatriam firma fuit in omni regno, quia fortissimus Cæsar Henricus, Vngaros, Boemos, Slauos, & omnia finitima regna potenti manu coercuerat. Quo translato ad superos, successit in sceptrum filius eius Henricus puer octo annorum. Statimque ebullierunt perturbationes uariæ in regno, eo quod Principes, qui contentiones affectabant, contemnerent infantiam regis. Et surrexit unusquisque aduersus proximum suum, & multiplicata sunt mala multa in terra, deprædationes, incendia, & mortes hominum. Post non multum quoque temporis mortuus est Bernhardus Dux Saxonum, qui res Slauorum & Saxonum, quadraginta annis strenuè administrauit. Cuius hæreditatem Ordulfus & Hermannus filij eius inter se partiti sunt. Et quidem Ordulfus Ducatum suscepit gubernandum, licet fortitudine & militiæ usu lōgè à felicitate paterna diuerterit. Deniq; post mortem Patris uix quinque transierunt anni, statim Slauirebellare parantes primo omnium Godescalcum interfecerunt. Et quidem uir omni æuo memorabilis propter fidem Deo & Principibus exhibitam à barbaris occisus est, quos ipse nitebatur ad fidem conuertere. Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorraeorum, nec uenit tempus miserendi eorum. Ideo necesse fuit ut uenirent scan-

Exo 10. episcopus Aldenburgenfis scilicet Lubicensis, post quem relapsis ad Slauis, uacauit sedes per annos 84. usque ad Viceinam.

Henricus 4. adhuc infans patri succedit 1057.

4. Ordulfus & Hermannus duces Saxonie.

Godescalcus princeps Obotritorum occiditur à Slauis, odio religionis Christianæ.

*Lenx'm, ciui-  
tas ad Albim*

dala, ut probati fierent manifesti. Passus est autem alter il-  
le Macchabæus in urbe Leontio, quæ alio nomine Len-  
zin dicitur, 7. idus Iunij cū presbytero Eppone, qui super  
altare immolatus est, & alijs multis tam Laicis quàm cle-  
ricis qui diuersa pro Christo pertulerūt supplicia. Ansue-  
rus Monachus & cum eo alij apud Racesburg lapidati  
sunt. Idibus Iulij, Passio eorum occurrit. Fertur idem An-  
suerus cum ad passionem uenisset flagitasse paganos, ut  
prius socij quos timebat deficere, lapidarētur. Quibus co-  
ronatis, ipse gaudens cum Stephano, genua posuit.

## De passione Sancti Io- hannis episcopi. Cap. XXIII.

*Iohannes pri-  
mus Mehelz  
burgēsis epi  
triumphum,  
Mar  
scopus, Mar  
tyr.*

**I**ohannes Episcopus senex, cum cæteris Christianis in  
Magnopoli, id est, Meckelēburg captus, seruabatur ad  
burgēsis epi triumphum. Ille ergo pro confessione Christi fustibus cæ-  
sus, Deinde per singulas ciuitates Slauorum ductus ad lu-  
dibrium, cum à Christi nomine flecti non posset, trunca-  
tis manibus ac pedibus corpus eius in platea proiectum  
est, Caput uerò defectum, quòd barbari conto præfi-  
gentes in titulum uictoriæ Deo suo Radigasto im-  
molauerunt. Hæc in metropoli Slauorum Rea-  
thre gesta sunt, IIII. Idus  
Nouembris.

**Tertia**



## Tertia defectio Slauo=

rum a Religione Christiana,  
Cap. XXIII.

**F**ilia Regis Danorum, apud Mikelenburg ciuitatem *Crudelitas*  
Obotritorum nuda dimissa est cum cæteris mulieri. *Slaunrum ad*  
bus. Hanc enim ut suprà diximus, Godescalcus princeps *uersus Chri*  
habuit uxorem, à qua & filium suscepit Heinricum. Ex a: *stianos.*  
lia uerò Buthue natus fuit, magno uterq; Slauiis excidio  
genitus. Et Slaui quidem uictoria potiti, totam Hammen  
bergensem provinciam ferro & igne demoliti sunt, Stur-  
marij & Holzati ferè omnes aut occisi, aut in captiuitatē  
ducti. Castrum Hamenburg funditus excisum, & in deri  
sionem saluatoris nostri, etiam cruces à Paganis truncatæ *Hamburga*  
sunt. Ipso eodemq; tempore Sleswich, quæ alio nomine *euerfa à Sla*  
Heidibo dicitur, ciuitas Transalbianorum, quæ sita est in *uis.*  
confinio regni Danici, opulentissima atq; populosissima,  
ex improviso barbarorum incurſu funditus excisa est. Im  
pleta est nobis prophetia, quæ ait, Domine, uerunt gē-  
tes in hæreditatem tuam, polluerunt tabernaculum san *Slesuuija ci*  
ctum tuū; & reliqua, quæ propheticè deplorantur in Hie *uitas euerfa*  
rosolymitanæ urbis excidio. Huius auctor cladis Bluffo *à Danis.*  
fuisse dicitur, qui sororem habuit Godescalci, domumq;  
reuerſus & ipse obtruncatus est. Itaq; omnes Slaui facta  
conspiratione generali, ad paganismū denuo relapsi sunt,  
eis occisis qui perſtiterūt in fide. Dux Ordulfus inuaniū  
ſæpe contra Slauios dimicās per 12. annos, quibus patri ſu  
peruixit, nullam unquam poterat obtinere uictoriam: to-

tiensq; uictus à Paganis, à suis etiā derisus est. Accidit autem perturbatio hæc in Slauorum prouincia, anno post incarnationem Domini millesimo sexagesimosexto, Anno regni Heinrici Quarti. viij. Et uacauit sedes Aldenburghensis annis octoginta quatuor.

## De Crucone Ca-

put, XXV.

**P**ostquam ergo mortuus est Godescalcus uir bonus & cultor Dei, ad filium eius Buthue peruenit principatus eius hæreditaria successio. Timētes autem nō qui patrem eius interfecerant, ne forte filius ultor patriæ cædis fieret, concitauerunt tumultum in populo dicentes: Nō hic dominabitur nostri, sed Cruco filius Grini. Quid enim proderit nobis, occiso Godescalco libertatem armis accipisse, si iste hæres principatus extiterit? Iam enim plus iste nos affliget, quàm pater, Appositusq; populo Saxonum, nouis prouinciā inuoluet doloribus. Statimq; cōspirata manu, statuerunt Cruconem in principatum, exclusis filijs Godescalci, quibus iure debebatur dominium. Quorū iunior Heinricus profugit ad Danos, eo quod regia Danorum stirpe esset oriundus, At senior Buthue declinauit ad Bardos, quærens auxilium à Saxonum principibus, quibus pater eius deuotus semper & fidelis extiterat.

*Cruco idola  
traxit tyrannus,  
quem nō nulli Cruconē  
nomināt, Slauorum  
imperium occupans,  
filios Godescalci,  
paterna diuisione exiit.  
Bardi populi  
Saxonie.*

Qui etiam rependentes beneficijs gratiam, susceperunt pro eo prælium, multoq; expeditionum fatigiorē  
stituerunt

stituerunt eum in locum suum. Attamen status Buthue semper erat infirmus, nec ad plenum roborari potuit, eo quod Christiano parente natus, & amicus Principum, apud gentem suam, ut proditor libertatis haberetur. Post eam uictoriam enim qua primum Godescalco interfecto Nordalbingorum prouincia percussa est, Slauis seruitutis iugum armata manu submouerunt, tantaque animi obstinacia libertatem defendere nisi sunt, ut prius maluerint mori, quàm Christianitatis titulum resumere, aut tributa soluere Saxonum Principibus. Hanc sanè contumeliam sibi met parturiuit infoelix Saxonum avaricia, qui cū adhuc uirum suarum essent compotes, & crebris attollerentur uictorijs, non recognouerunt, quia Domini est bellum, & ab ipso est uictoria, quando potius Slauorum gentes quas bellis aut pactationibus subegerant, tantis uectigalium pensionibus grauauerunt, ut diuinis legibus et Principum seruituti refragari amara necessitate cogerentur. Luit hanc noxam Ordulphus Saxonum dux, qui derelictus à Deo, quamdiu patri superuixit, nullam contra Slauos uictoriam consequi potuit. Vnde etiam contigit, ut filij Godescalci, qui spem suam in Duce posuerant, super baculum arundineū atq; contractum innisi sunt. De <sup>s. Magni</sup> functo Ordulfo successit in principatum filius eius Ma- <sup>dux Saxo</sup> gnus, natus de filia Regis Danorum. Statimq; in ipso <sup>nia.</sup> principatus sui exordio ad subneruandos Slauorum rebelles, animum & uires intendit, exacuente eum ad id Buthue filio Godescalci. At illi unanimiter refragari coeperunt, secuti Cruconem filium Grini, qui erat inimicitias exercens aduersus Christianum nomen & honorem Principum. Et primum quidem Buthue prouincia



*Buthue Princeps Slavorum Godescalci filius, in exilium pulsus, recuperare patriam contendit auxilio Magni Ducis Saxonie.*

pepulerunt, diripientes præsidia in quibus confugium habebat. Vidēs autem se principatu extorrem, confugit ad ducem Magnum, qui tunc fortē Lunenburg degebat, & allocutus est eum. Nouit excellētia tua uirorum maximē, qualiter pater meus Godescalcus procurationem Slauicæ prouinciæ ad honorem Dei, & progenitoris tui, fideliter semper intorserit, nihil prætermittens eorum quæ ad cultum Dei & fidem principum iure pertinuerint. Ego quoque paternam æmulans modestiam, omni fide & deuotione mandatis principum obsecundaui, infinitis me obijciēs periculis, ut mihi uel uacuum honoris nomen, uobis uerō fructus permaneret. Qualis autem merces & me et patrem meum exceperit, neminem latet, cum illum quidem uita, me patria exemerint hostes nostri, hostes, inquam, non tantum nostri, sed etiam tui. Si ergo honorem tuum & salutem tuorum curare uolueris, uiribus & armis utendum est. Denique fortuna nostra in extremo sita est, & maturandum est ne ultra progredientes inimici, etiam Nordalbingorum prouincia abutantur. His auditis dux respondit. Nō possum hac uice ipse egredi, eo quod detinear magnis impedimētis, sed dabo tibi Bardos, Sturmarios, Holzatos, atque Thechmarchios, quorum auxilio fretus, hostium impetus ad tempus excipere ualeas. Ego quoque si necesse fuerit, quantotius subsequar. Porro dies nuptiarum ad præsens ducem uetabat. Assumptis ergo Buthue fortissimis Bardorum transfijt Albiam, & præcucurrit in terram Wagirorum. Nuncij quoque Ducis percurrentes omnem Nordalbingorum prouinciā, urgebant populum egredi ad ferendum auxilium Buthue qui expugnabatur ab hostibus. At ille præierat cum sexcētis & eo

amplius

amplius uiris armatorum, ueniensq; ad castrum Plumen-  
 se, urbem, præter spem, apertam, & uacuam uiris reperit.  
 Quò cum intrasset, mulier teutonica, quæ inibi reperta fu-  
 it, locuta est ad eum: Accipe quod repererit manus tua,  
 & festina uelociter egredi, quia per dolum actum est, ut  
 urbs hæc aperta & uacua custodibus dimitteretur. Audi-  
 to enim introitu tuo, crastino cum maximo exercitu Sla-  
 uirèdibunt, & urbem hanc obsidione concludent. Qui  
 uerba referentis dissimulans per noctem in eodem castro  
 remansit. Est autem urbs hæc, ut hodie uideri potest, lacu  
 profundissimo undiq; inclusa, & commeantibus aditum  
 pons lōgissimus continuat. Crastina ergo lucescente, Sla-  
 uorum infinita agmina, urbem, ut uespere prædictū fue-  
 rat, obsidione uallauerunt. Prouisum autem fuerat, ne na-  
 uicula aliqua in omni insula illa inueniretur, per quam ob-  
 sessis euadendi locus pateret. Buthue ergo cum socijs ob-  
 sidionem cum magna famis difficultate sustinuit. Audito  
 autem sinistro hoc nuncio Holzatorum, Sturmariorum,  
 nec non Thethmarchiorum fortissimi accelerauerunt,  
 ut urbem obsidione liberarent. Cumq; peruenissent ad ri-  
 uulum qui dicitur Strale, quiq; determinat Saxones à  
 Slauis, præmiserunt uirum gnarum Slauicæ linguæ, qui  
 exploraret, quid Slaui agerent, aut qualiter expugnatio-  
 ni urbis instarent. Missus itaq; uir ille à socijs, peruenit ad  
 exercitum Slauorum, qui cooperuerat faciem cāpi, præ-  
 parans diuersas machinas expugnationi opportunas.  
 Quos etiam his uerbis alloquitur: Quid facitis ô uiri, op-  
 pugnant es urbem & uiros amicos Principum & Saxo-  
 num? Non utiq; conatus iste cedit uobis in prosperum.  
 Mandat autem uobis dux, ceteriq; Principum, obsidione

Strale, et  
 uulvus.

*Exemplum  
egregij pro-  
ditoris.*

quantocyus discedere. Quòd si non feceritis, in breui sentietis ultionem. Qui cùm anxie inquirerent ubinam esset Dux: respondit, eum in proximis adesse cùm armatorum infinita multitudine. Princeps ergo Slavorum Cruco assumpto seorsim nuncio, percunctatus est ab eo certius rei ueritatem. Ad quem ille: quid, inquit, dabis mihi precij, si prodidero tibi ea quæ tu quæris, & fecero te compotem uoluntatis tuæ, super urbe hac, & his qui sunt in ea? At ille pactus est ei xx. marcas. Statim ubi firmata sunt promissa, dixit traditor ille Cruconi, & socijs eius. Dux iste, quem tu formidas, necdum transiuit ripas Albiæ, decentus grauibz impedimentis, Soli Sturmarij, Holzati, & Thethmarchi, egressi sunt cum breui numero, Hos ergo facile uno uerbo seducam & faciam redire ad loca sua. His dictis, transiit pontem & locutus est ad Buthue & ad socios eius: Consule salutis tuæ & tuorum qui tecum sunt, quia Saxones in quibus tu habebas fiduciam, non uenient hac uice succurrere tibi. Tunc ille consternatus animo, respondit: Heu me miserum, quare deseror ab amicis? Siccine Saxones optimi, supplicem sui & auxiliij indigum in tribulatione deferent? Male delusus sum, qui Saxonibus bona semper fiducia innitens, nunc in extrema necessitate pessundatus sum. Ad quem ille: Venit, inquit, dissensio in populum, & tumultuantes inter se, reuersi sunt unusquisq; in domum suam. Alio ergo consilio tibi utendum est. Confusisq; taliter rebus, nuncius ad suos reuersus est: Sciscitantibusq; Saxonum expeditis quidnam causæ esset, respondit dicens: Veni ad castrum ad quod misistis me, & nullum, Dei gratia, ibi periculum est, nec ullus obfidionis timor. Quin potius uidi Buthue, & eos qui cum ipso



ipso sunt, lätos, & nil habentes turbulentia. Atq; in hunc modum retardauit exercitum, ne obsessis fierent praesidio. Factus est uir ille Buthue & socijs eius materia perditionis. Statim enim ubi obsessi traditoris dolo decepti, à spe euasione deciderunt, coeperunt perquirere ab hostibus, siquid pro uitæ remedio acceptare uellent. Quibus illi responderunt: Nos aurum & argentum à uobis non recipimus, uitam tantum & membrorum integritatem postulantibus praebimus, si exeuntes ad nos, arma dederitis. Hoc audito, Buthue dixit ad socios: Durus nobis ô uiri, sermo proponitur, ut exeuntes arma resignemus, Scio quidem quia deditionem fames perurget, Sed si proposita nobis conditione, inermes exierimus, nihilo minus periculum subeundum erit. Fides enim Slauorum quàm sit mobilis, quàm incerta, sæpius compertum habeo. Videtur ergo mihi omnium saluti cautius esse, dilatione adhuc, licet difficili, uitam redimere, & expectare si fortè Deus alicubi auxiliatores nobis admittat. Contra socij renisi sunt, dicentes: Conditionem quidem, quæ nobis ab hostibus offertur, ambiguam, plenamq; formidinis esse fatemur. Nec tamen ea abutendum est, eo quòd praesens periculum euitandi alia uia non sit. Quid enim dilatio iuuat, ubi nemo est qui obsidionem soluat. Atrociorrem autem mortem fames q̃ gladius affert, meliusq; est compendio uitam finire, quàm diu torqueri.

## Interfectio Buthue Prin

cipis Obotritorum, Cap. XXVI.

**V**idens igitur Buthue socios animis obfirmatos ad egrediendum, iussit sibi cultiora exhiberi uestimenta, quibus indutus cum socijs egreditur. Transieruntq; pontem, bini & bini, dantes arma, atq; in hunc modum perducti sunt ad faciem Cruconis. Vbi ergo omnes presentati sunt, mulier quædam præpotens de castro mandauit Cruconi, cæterisq; Slauis, dicens: Perdite uiros qui se tradiderunt uobis, & nolite seruare eos, quia intulerunt maximas uiolentias uxoribus uestris, quæ derelictæ fuerant cum ipsis in urbe, & auferte opprobrium. His auditis, Cruco & socij eius statim insilierunt in eos, omnemq; multitudinem hanc interfecerunt in ore gladij. Et interfectus est Buthue & omne robur Bardorum coram castro Plune, in die illa pariter. Inualuitq; Cruco, & prosperatum est opus in manibus eius, obtinuitq; dominium in uniuersa terra Slauorum, & attritæ sunt uires Saxonum, & seruiuerunt Cruconi sub tributo, omnis terra uidelicet Nordalbingorum, quæ determinatur in tres populos: Holzatos, Sturmarios, Thethmarchos. Omnes hi durissimū seruitutis iugum portauerunt omni tempore Cruconis, Et repleta est terra latrunculis, facientibus mortes & captiones in populo Dei, & deuorauerunt gentes Saxonum toto ore. In diebus illis surrexerunt de populo Holzatorum amplius quam sexcentæ familiæ, transmissisq; amne abierunt uia longissima, quæretes sibi sedes opportunas, ubi feruorem persecutionis declinarent. Veneruntq; in montes Harticos, & manserunt ibi, ipsi, & filij & nepotes eorum, usq; in hodiernum diem.

Buthue Princeps Obotritorum, proditione circumuentus, occiditur à Slauorum tyranno Crucone.

Harcini, coloni Holstatentium.

# De rebellioe Saxonum,

aduersus Heinricum Quartum Imperatorem,  
Cap. XXVII.

**N**IL autem mirum, si in natione praua atq; peruersa, in terra horroris & uastæ solitudinis, sinistra casus emerferint: siquidem per omne regnum illis in diebus bellorum tempestates consurgebant. Regni enim gubernacula quæ regis Heinrici pueritia non modicè dissoluta fuerant, ipso adolente non minus inuenere periculi. Statim enim ut factus est uir, & sublato pædagogo suimet compos effectus est, omnem gentem Saxonum atrociter persequi cœpit. Deniq; Ottoni ducatum Bauariæ, quia Saxo erat, abstulit, & Welponi dedit. Post hæc ad depressiōē totius Saxonix, in Hartico cliuo castrum firmissimū quod dicitur Harthelberg, collocauit. Quamobrem irati Saxo-  
num Principes & in unum cōglobati, castrum quod ipsis  
propter iugum positum fuerat ad solum diruerunt. Et ob  
firmati sunt animi Saxonum, aduersus Regem, fueruntq;  
eis principes, Bizelo Magdeburgēsis, Bucca Haluerstas  
dēsis episcopus, Otto dux, Magnus & Dux, Vdo Marchio,  
& alij multi nobiles. Ad quorum audaciam obtūdendam  
rex celeriter cum exercitu uenit, adiūcto sibi Sueuorum  
duce Rodulpho, multisq; regni Principibus. Sed & Saxo-  
nes nil morati, uiriliter occurrerunt in prælium, conue-  
runtq; exercitus iuxta flumen Vnstroth. Cumq; non lon-  
gè abesset pugna, factum est ex consilio utriusq; partis ut  
laudaretur Pax usq; post bīduū, sperantes bellum pace so-

*Saxonum ad  
uersus Hein-  
ricum quar-  
tum rebellio.*

*Saxonix sci  
licet.*

*Vnstroth flu-  
uius Thuri-  
ngie.*

*Laudaretur*



*pax, idest, fierent iudicia, more sui temporis dixit, quibus laudā pro arbitria passione, et laudare pro compromittere usurparunt.*

piri. Saxones ergo pace delectati, statim exuerunt se armis, et diffusi sunt per latitudinem campi, figentes castra, & curam corporis exequentes. Circa horam diei nonam uidentes speculatores regis, Saxones remissos, & dispersos super faciem campi, nihilq; suspicantes mali, festinantētes renunciauerunt regi, quia Saxones se præpararent ad prælium. Itaq; concitatus exercitus regis, trāsmisso uado, irruerunt super quietos & inermes, prostraueruntq; multa milia Saxonum in die illa. Cū igitur Saxones pro tuenda libertate bellum adhuc intentarent, dux Sueuorum uir bonus, & amator pacis, primum regio honori, deinde Saxonum saluti consulens, apud Saxones obtinuit, ut se in potestatem regis contraderent Principes eorum, *Wia* zelo Magdeburgēsis, Bucca Haluerstadensis, Otto Dux, Magnus Dux, Vdo Marchio, interpositis scilicet conditionibus, ne aut captiuitate grauarentur, aut ullam sustinerent læsionis molestiam. Statim ergo ubi Saxones consilijs illecti, potestati regiæ se tradiderunt, ille iussit eos arctiori custodiæ mancipari, non reueritus promissionum fidem. Et contristatus est Rodulpus Dux, eo quod promissa implere non potuisset.

## De publica pœnitentia

Heinrici regis, & pugna inter Rodulphū ducē Sueuię, & Heinricum III. Imp. Cap. XXVIII.

**P**ost paucos autem dies, Principes Saxonum præter uoluntatem Regis, captiuitate absoluti, in propria reuersi.

uerſi ſunt, nec unq̃ de cetero promiſſionibus regis fidem præbuerunt. Miſſa ergo relatione Saxonum principes ad Apoſtolicā ſedē cōqueſti ſunt reuerendiſſimo Papæ Gregorio ſeptimo, qualiter rex diuinę legis cōtemptor, Eccleſijs Dei, in ſtatuendis epiſcopis, oēm Canonice electionis libertatē adimeret, ponens per uiolentiā epiſcopos quos uoluiffet. Inſuper q̃ more Nicolaitarū de uxore ſua publicum feciſſet proſtitulū, ſubijciens eam per uim aliorū libidini, aliaq̃ per plurima, quæ incōuenientia uiſa ſunt, & auditu difficilia. Quamobrem Dominus Apoſtolicus, zelo iuſticię permotus, miſſis legatis, uocauit regem ad Apoſtolicę ſedis audientiam. Qui ſecundam & tertiam uocationem diſſimulans, ad ultimum familiarium conſilijs aſtrictus, timentium ne regno iuſtē deponeretur, iuit Romā, ubi ſuper his unde iuſte pulſabatur, ſeſe paſtoris permiſſi arbitrio. Accepit ergo in mandatis, ut anno integro Roma non diſcederet, equum non aſcenderet, ſed in ueste humili circumiret limina Eccleſiarum, orationibus & ieiunijs reddens dignum pœnitentię fructum. Quod rex humiliter adimplere ſategit. Videntes ergo Cardinales, & ij qui de curia ſunt, quia præ timore ſedis Apoſtolicę contremiſcunt poteſtates, & curuantur ij qui portant orbem, ſuggerunt Apoſtolico ut transferat regnū ad aliū uirum, dicentes, indignum eſſe ut talis regnet, qui de publicis conuiſtus eſt facinoribus. Percunctanti ergo Apoſtolico, quiſnam in Alemania dignus eſſet tanto culmine, designatus eſt Dux Sueuorū Rodulphus, q̃ ſcilicet fuerit uir bonus, amator pacis, & circa cultū ſacerdotū & eccleſiarū optimē affectus. Cui Dñs Papa aureā tranſmiſit Coronam hoc uerſu intitulatā: Petra dedit Romā Petro, tibi

Heilricum 4.  
à Saxonum  
Principibus  
accuſatus eſt  
pud Papam.

Perfidia Ro  
ma. Pontifi  
cis aduerſus  
Imperatōrē.

Papa

Corona à Pa  
pamissa Ro  
dolpho.

Constantia  
Francorum  
& Rhenen  
sum.

Papam coronam. Præcepitq; Mogentino & Colonienſi  
cæterisq; episcopis & Principibus, ut adiuuarent partes  
Rodulphi, & statuerent eum in regem. Quotquot ergo  
receperunt uerbum Domini Papæ, elegerunt Rodolphū  
in regem, additoq; sunt parti eius Saxones & Sueui. Cæ  
teri Principum, ciuitatesq; quæ sunt circa Rhenum, non  
receperunt eum, omnesq; Frācorum populi, eo quòd iu  
rassent Heinrico, & iuramenta temerare noluiſſent. Por  
ro Henricus consistebat apud Romam mandatis obsecū  
dans, ignarusq; malorum quæ aduersus ipsum agebātur.

# De miserabili interitu

Rodulphi Ducis Sueuiæ, Cap. XXIX.

Episcopus  
Strasburgen  
sis, imp. Hein  
rico insidias  
inimicorum  
aperit.

**S**Urrexit ergo quidam Strateburgēsis episcopus, ami  
cissimus regis Henrici, & uelociter uadens Romam,  
diu quæsitum regem inuenit inter memorias martyrum  
diuersantem. De cuius aduentu rex lætior effectus, cœ  
pit percunctari de statu regni, aut si omnia in pace consi  
sterent: cui ille intimauit, nouum Principem electum, fa  
ctuq; opus esse, ut quātocyus Teutonicam terram reuiſe  
ret, ad confortandos amicorum animos, & conatus hosti  
um comprimendos. Cumq; rex prætenderet, nequaquā si  
bi sine licentia sedis Apostolicę abeundum: ille respondit,  
*Nota.* Noueris certè, omne hoc conspirationis malum, de fonte  
Romanæ perfidiæ manasse, Imò si captionem euadere uo  
les, de urbe tibi clanculo exeūdum est. Egressus ergo no  
ctu rex exijt Italiam, firmatisq; pro tempore rebus in Lō  
gobardia



gobardia uenit in Teutonicam terram. Lætatiq̃ sunt de  
 inſperato aduētu Principis omnes ciuitates Rheni, & uni  
 uerſi qui fauebant parti eius. Congregauitq̃ exercitum  
 grandem, ut expugnaret Rodulphum, fuitq̃ cum eo fa-  
 moſiſſimus ille dux Godefridus, qui poſtea liberauit Hie-  
 ruſalem, multiq̃ potentum. Saxonum uerò atq̃ Sueuo-  
 rum exercitus erant cum Rodulpho. Pugnauerunt ergo  
 reges mutuo, & uicta eſt pars Rodulphi, ceciderūtq̃ Sax-  
 oēs & Sueui. Porro Rodolphus uulneratus in manu de-  
 tra, fugit Marcipolim \*, mortiq̃ iam proximus dixit ad fa-  
 millares ſuos, Videtis manum dexteram meam de uulne-  
 re fauciam. Hac ego iurauī Domino Heinrico, ut non no-  
 cerem ei, nec inſidiarer glorię eius. Sed iuſſio Apoſtolica,  
 Pontificumq̃ petitio, me ad id deduxit, ut iuramenti tranſ-  
 greſſor, honorem mihi indebitum uſurparem. Quis igitur  
 finis nos exceperit, uidetis, quia in manu unde iuramenta  
 ꝑꝛiſolauī, mortale hoc uulnus accepi. Viderint ergo n̄ qui  
 nos ad hoc inſtigauerunt, qualiter nos duxerint, ne fortē  
 deducti ſimus in ꝓꝛecipitium æternę damnationis. Et hoc  
 dicens cum graui moleſtia diem clauſit extremum.

Godfridus  
 dux Biliome  
 us.

Anno. 1060.

\*

1. Marſes  
 burg.

Tristiſſima  
 oratio animi  
 ſibi malē con-  
 ſc̃j.

Miſerabile  
 & tragicum  
 exitium Ro-  
 dulpbi.

Quia iuramē-  
 tum peregi,  
 legit hoc lo-  
 co Cranczius  
 libro. 5. cap.  
 16. Metropo-  
 lis?

## Quomodo Imperator

Heinricus Papam Roma fugauerit, & de  
 ſchiſmate inter Gregorium 7. &  
 Clementem, Cap. XXX.

**T**unc rex Heinricus proſperis elatus ſucceſſibus, grā  
 de epiſcoporum collegit conciliū, ibiq̃ Gregoriū Pa-  
 K

pam uelut regni traditorem & Ecclesiasticę pacis pertur-  
 batorem damnari fecit. Inde grandi collecta expeditione  
 transijt in Italiam, occupansque matrem Imperij Ro-  
 mam, multisque ciuium ibidem interfectis, fugauit  
 inde Gregorium, potitusq; ad uotum urbe & sena-  
 tu, Wibertum Rauennę sedis episcopum, ordinari fecit  
 in Papam, à quo etiā benedictione percepta à populo Ro-  
 mano salutatus est Imperator & Augustus. Factumq; est  
 uerbum hoc in laqueum magnum in Israël, Siquidem ex  
 illa die orta schismata in Ecclesia Dei, qualia non fuerunt  
 à diebus antiquis. Et ij quidem qui uidebantur perfectio-  
 res & columnę in domo Dei, adhæserunt Gregorio, cæ-  
 teri, q̃s aut timor aut fauor Cæsareus agebat, secuti sunt  
 Wibertum qui & Clemens. Durauitq; schisma hoc xxv.  
 annis. Defuncto enim Gregorio succelsit Desiderius, post  
 quem Urbanus, deinde Paschalis, qui omnes Imperatorē  
 cum Papa suo, excommunicationis sentētia damnauerūt,  
 continentes se apud Reges Franciæ, Siciliæ, & Hispaniæ,  
 qui catholicam partem tueri uidebantur. Saxones quoq;  
 postq; de cæde uires recuperauerunt, statuerunt sibi re-  
 gem Hermannum quendam, cognomento Cluffloch, &  
 iustaurauerunt prælium aduersus Heinricum Cæsarem;  
 cumq; Saxonum nouus Princeps, secundo potitus uicto-  
 ria, castrum quoddam uictor ingrederetur, contigit miro  
 Dei iudicio, ut porta cardinibus auulsa regem cum alijs q̃  
 plurimis attriuerit, conatusq; Saxonum etiam tunc fru-  
 stratus concidit, nec adiecerunt ultra nouum creare regē,  
 nec arma ferre aduersus Heinricum Cæsarem, uidentes  
 ei regnum conseruari diuina uoluntate approbante, siue  
 permittente.

Henricus 4.  
 Romam oc-  
 cupat.

Schisma.

Hermannus  
 Cluffloch, id  
 est, ab alio  
 (Sic. n. Sax-  
 anica lingua  
 alium nomi-  
 nat) opponēs  
 se Imperato-  
 ri Heinrico  
 4. ruina por-  
 te opprimi-  
 tur.

Nota pœnā  
 seditionis.

# De epistola Petri Monachi, Cap. XXXI.

**R**ES digna relatū posteritatisq; memoria contigit in diebus Heinrici senioris nouissimis. Nam Petrus quidam genere Hispanus, professione Monachus, ingressus fines Romani Imperij, uocem prædicationis emisit in uniuerso regno, adhortans populos ire Hierosolymam, pro liberatione ciuitatis sanctæ, quæ tenebatur à barbaris. Recuperatio  
Ierosolymæ.

Protulit autem epistolā quam de cœlo affirmauit allatā, in qua cōtinebatur scriptum: Quia impleta sunt tempora nationum, & liberanda esset ciuitas quæ calcabatur à gentibus. Tunc ergo uniuersarum regionum Potestates, episcopi, duces, præfecti, militares uiri, nec non plebei, abbates, Monachi, egressi sunt ad iter illud Hierosolymitanum sub duce fortissimo Godefrido, fretiq; uirtutis diuinæ auxilio, Niceam, Antiochiā, multasq; ciuitates à Barbaris possessas, receperunt. Inde progressi, ciuitatem sanctam de manu barbarorum liberauerūt. Et cœpit deinceps pululare in eodem loco incrementum diuinæ laudationis, et adoratur Dominus à populis terrarum, in loco ubi steterunt pedes eius. Godfridus  
dux Bilione  
us, terrā san-  
ctam & Hie-  
rosolymam  
recuperat.  
anno Domi-  
ni, 1099.

## Quomodo Heinricus

Quartus iussu Papæ ab Imperio fuerit deiectus, & Imperatorio cultu spoliatus, eiusq; cum episcopis expositatio. Cap. XXXII.



**P**ost tempora dierum illorū mortuus est Wibertus, qui & Clemens, & sopita sunt schismata, & rediit uniuersa Ecclesia ad Paschalem, & factū est unum ouile & unus pastor. Igitur ubi firmatus est Paschalis in se-

*Paschalis Pa-  
pa, Imperato-  
re regno de-  
turbat. & si-  
lium aduer-  
sus patrē ex-  
citat.* de, præcepit excommunicari Imperatorem ab uniuersis Episcopis, & Catholicę Ecclesię cultoribus, & eo usq; sententia hæc inualuit, ut collecta generali Curia, principes Heinrico Diadema tollendum, & ad filium eius æquiuocum transferendum decernerent. Erat autem idem iam dudum ex petitione patris designatus in Principem. Missi ergo à Principibus uenerūt ad regem, qui tunc fortē cō-

*Memorabilis  
historia.* sistebat in corte regia Hilgellesheim, Moguntinus, Coloniensis, Wormatiensis, & pertulerunt ad eum mādātum ex ore principum, dicentes: Fac nobis reddi coronam, Annulum, & purpuram, cæteraq; ad inuestituram Imperialem pertinentia, filio eius deferenda. Illo per cunctante de iectionis suę culpam, responderunt, dicentes, Quid quæsis ea quæ optimē nostis? Meministi qualiter uniuersa Ecclesia tui causa maximo schismatis errore multis iam annis laborauerit, qualiter episcopatus, Abbatias, præterea omnia Ecclesię regimina fecisti uenalia, nec fuit in constituendis episcopis ulla legitimæ electionis facultas, sed sola pecunię ratio. Pro his & alijs causis sanxit autoritas Apostolica, fauitq; principum unanimitas, te non solum regno, uerum etiam ecclesiastica communione priuandū. Quo contra Rex ait: Dicitis quia spirituales dignitates precio uendiderimus, uestra quidem Potestas est, tale nobis crimen impingere. Dic ergo ô Moguntine, dic adiuratus per nomē aterni Dei, quid exegimus, aut recepimus, quando te Moguntia præfecimus? Tu quoq; Coloniensis

*Gravißima  
Imperatoris  
purgatio de  
obiectis cri-  
minibus per  
episcopos.*

sis per fidem te contestamur, quid nobis dedisti pro sede  
 cui nostra munificentia præsidet? Illis fatentibus nihil pe- *Henricus 4. etiam accusa-*  
 cuniar huius rei gratia aut oblatum aut acceptum, Rex a- *torum con-*  
 it, Gloria Deo, quia uel in hac parte fideles inuēti sumus. *fectione inno-*  
 Certè dignitates eæ duæ præstantissimæ sunt, & magnū *cens, nihila-*  
 quæstum Camera nostræ referre poterant. Porro Do- *minus tamen*  
 minus Wormatiensis, qualis à nobis susceptus, ad quid *per uim re-*  
 promotus, scilicet pietate, uel quæstu erga ipsum usi fuen- *gno deponi-*  
 mus, nec uos nec ipsum latet. Condignam ergo benefi- *tur.*  
 cijs nostris rependitis gratiam. Nolite, quæso, effici partici-  
 pes eorum, qui leuauerunt manus aduersus Dominum &  
 regem suū, & temerauerunt fidem & iuramentorū Sacra-  
 mēta. Ecce iam defecimus, paræq; nobis uigil restat, senio et  
 labore cōfectis: sustinete modicum, & nolite gloriam no-  
 stram confusione terminare. Si autem nobis cedendum  
 omnino esse dicitis, & manet fixa sententia, præfigantur  
 induciæ, statuatur dies placiti, si Curia adiudicauerit, filio  
 nostro coronam manibus proprijs resignabimus. Gene- *Henricus 4.*  
 ralem itaq; Curia audiētiā expetimus. Illis è contrario *neq; auditus,*  
 nitentibus, se negotium pro quo missi fuerant, fortiter ex *neq; conuis-*  
 pleturos, rex parumper auulsus ab eis, fidelium suorum *ctus, imperio*  
 participauit consilio. Vidensq; quia legati uenissent stipa- *deponitur*  
 ti militiā, & non esset locus resistendi, fecit sibi regiam ex *per episcopos.*  
 hiberi præparaturam, qua indutus & in sedem receptus,  
 legatos alloquitur dicens: Hæc quidem Imperialis hono-  
 ris insignia mihi præstitit æterni regis pietas, & principū  
 regni electio concors. Potens autem est Deus, qui me ad *Grauißima*  
 hoc culmen sua dignatione prouexit, mihi conseruare qd *Imperatoris*  
 concesserit, manusq; uestras à cœpto opere cohibere. Di *oratio.*

uino enim præsidio nos enixius inniti oportet, omni scilicet militia & armis destitutos. Hactenus quidē externis bellis impliciti, semper in custodia nostræ diligentia constitimus, omnes impugnationum iacturas, propitia diuinitate, partim consilio, partim uirtute prælii euincentes. Hoc autem intestinum malum sicut nec suspectum habuimus, ita nec præcauimus. Quis enim in orbe Christiano tantum nefas consurgere crederet, ut iurata principi Sacramenta fidelitatis irritentur, suscitetur filius aduersus patrem, postremo nulla beneficijs gratia, honestati reuerentia exhibeatur? Certè Maiestas Imperatoria eam etiam erga hostes honestatis disciplinam seruare consueuit, ut proscribendis siue damnandis, uocationum siue induciarum remedia non negauerit, ante præmunens quàm feriens, prius inuitans per gratiam, quàm dampnans per sententiam. At nobis contra fas, uocationes & *Nota.* audientia negantur. Ideoque præfocamur, ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem à fidissimis amicis, maximè uerò à Pontificibus crederet? Dominū ergo factorem Orbis uobis proponimus, ut ipsius terror uos cohorceat, quos pietas non reuocat. Quòd si nec Deum nec honestatem uestram reueremini, ecce præsentem sumus, uio-

*Episcopus Moguntinus, inhumanissima belua aduersus Imperatorem Henricum Quartum.*

lentiam explodere non possumus, necessarium est uim sustinere, cui refragari locus non est. Cœperūt ergo Pontifices hæsitare quid agerent: Magnarum enim rerum ingressus semper sunt difficiles. Tandem Moguntinus allocutus est socios dicēs: Quousq; trepidamus o socij? Nōne officij nostri est Regē cōsecrare, consecratū inuestire? Quod ergo principum decreto impendere licet, eorundem



dem autoritate tollere non licet. Quem meritum inuestiuimus, immeritum quare non diuestiamus? Statimq; accepto conamine regem aggressi sunt, eiq; Coronam de capite abruperunt. Deinde sublatum de iede, purpura, cæterisque quæ ad sacram inuestituram pertinent, funditus exuerunt. Tunc Rex confusione circumdatus, ait ad eos. Videat Dominus & iudicet, quia iniquè agitis contra me. Ego quidem luo peccata adolescentiæ meæ, recipiens à Domino stateram æqui ponderis, ignominiam & confusionem, quantam nemo Regum, qui ante me fuerunt, sustinuisse dinoscitur. Non uos tamen ideo immunes à peccatis, qui leuastis manus aduersus Dominum uestrum & præuaricati estis iusiurandum quod iurastis: Videat Dominus & ulciscatur in uos, Deus, inquam, ultionum Dominus. Non confurgatis neq; crescatis, neque prosperetur honor uester, sitq; portio uestra cum eo, qui tradidit Christum Dominum. At illi obturantes aures suas, perrexerunt ad filium, deferentes ei imperialia, firmantesq; eum in regnum.

*Episcopi imperatori Heinrico 4. imperialia ornamenta auolentur auferunt.*

*Execratio Imperatoris aduersus episcopos.*

# Electio filii contra pa-

trem, Cap. XXXIII.

**S**URREXIT ergo filius aduersus patrem, & expulsum à regno: ille fugiens à facie filij sui, peruenit ad Ducatum, qui dicitur Linthburg, pergens &

*Heinricus 4. Absolōis exemplo patrē persequitur.*

Fortè Lim-  
burg, sed ma-  
nu scriptum  
exemplar ha-  
bet Limib-  
burg.

Calamitas  
Heinrici 4.  
etiam hosti  
miserabilis.

accelerans ut euaderet manus quærentium animam ipsi-  
us. Erat autem in Regione illa princeps nobilis, quem Cæ-  
sar, adhuc sui compos, ducatu de Lintzburg destituerat,  
& alij dederat. Accidit ergo ut idem princeps fortè uena-  
tioni deditus esset prope uiam, cùm Cæsar transiret, comi-  
tatus uiris nouem, animaduertitq; quia fugeret à facie fi-  
lij sui. Iam enim aliquid auditum fuerat. Sedēsq; in equo,  
assumptis militibus insecutus est regem uelocius. Quem  
uidens Cæsar, & reputans hostem, coepit metuere de uir-  
ta, & exclamans uoce magna coepit postulare uentiam. At  
ille: Male, inquit, Domine erga me meruistis, qui supplicā-  
ti quondam omnem negastis gratiam, & abstulistis mihi  
ducatum meum. Hoc est, ait Cæsar, quod nūc luo, quia fi-  
lius meus surrexit cōtra me, & depulsus sum ab omni ho-  
nore meo. Videns ergo Princeps illē regem desolatum,  
miseratione commotus, ait ad eum, Licet quidem potesta-  
te uestra in me abusus fueritis, Deus tamē nouit, quia ma-  
gna super uos pœnitudine mouear. Impietas enim maxi-  
ma aduersum uos cōmissa est, ab eis maximē, apud quos  
pius et beneficus semper extitistis. Quid ergo uobis uide-  
tur, estne uobis inter Principes aliquis relictus? Cumq;  
Cæsar diceret se ignorare, eo quòd necdum esset tentatū,  
ille ait: Potens est Deus adhuc refarcire honorem uestrū,  
eo quòd iniquē actum sit aduersus uos. Facite ergo quod  
suadeo, ascendite urbem hanc, et habete corporis fessū cu-  
ram, mittamusq; ad regiones & ciuitates, tentare, si possi-  
mus alicubi inuenire auxilium. Forsitan enim non ex toto  
defecit iusticia à filijs hominum. Nec mora, misit circum-  
quaq; pro militibus, collegitq; quasi octingentos Lorica-  
tos, assumptumq; Cæsarem perduxit in ciuitatem magnā,  
Coloniam.

Coloniam. Colonienſes uerò receperunt eum. Quod cū  
 audiſſet filius, uenit cum exercitu grandi, & obſedit Colo  
 niam. Cumq; obſidio uehementer increſceret, Cæſar ti  
 mens ciuitati, noctu elapſus fugit Leodium. Et conuene  
 runt illic ad eum omnes uiri conſtantes, & quorum corā  
 da miſeratio tetigerat. Perſpectoq; auxiliatorum nume  
 ro dimicare ſtatuit. Quem cū filius perſequeretur in ma  
 nu graui, ille egreſſus eſt in occurſum eius ad aquas Maſa  
 nas. Rogauitq; Principes & omne robur exercitus ſui, di  
 cens, Si fortiſſimus Deus nos hodie adiuerit in prælio, fa  
 ctique ſuerimus in conflictu ſuperiores, ſeruate mihi filium  
 meum, & nolite interficere eum. Cōmiſſum eſt ergo præ  
 lium, & præualens pater fugauit filium trans pontem,  
 multiq; illic occiſi gladio, plures aquis præfocati ſunt. Rur  
 ſus inſtauratum eſt prælium, & Cæſar ſenior uictus, con  
 cluſus, comprehenſus eſt. Quantas autem contumelias,  
 quanta opprobria uir iſte magnificus in illis diebus per  
 tulerit, ſicut relatu difficile, ita auditu lamentabile eſt. In  
 ſultabant ei amici, illudebant illi nihilominus inimici, De  
 niq; ut aiunt, pauperculus quidam, ſed literatus, corā om  
 nibus adorſus eſt eum dicens: Inueterate dierum malorū,  
 nunc uenerunt peccata tua, quæ prius operabaris, iudi  
 cans iudicia iniuſta, opprimens iuſtum & dimittens noxi  
 um. Cui cū aſtantes iracerentur, uiri ſcilicet ſenſati, Cæ  
 ſar compescuit eos dicens. Nolite, quæſo, irasſci in eum. Ec  
 ce filius meus, qui egreſſus eſt de utero meo, quærit ani  
 mam meam, quanto magis alienus? Sinite eum ut maledi  
 cat, quia uoluntas Dei eſt. Erat autem illic epiſcopus Spi  
 renſis, Cæſari quondam dilectiſſimus: nam & templum  
 ingens Dei genitrici apud Spiram conſtruxerat. Præte-

*Henricus 4.  
 Colonie ob  
 ſeſſus à filio.*

*Henricus 4.  
 primo præ  
 lio uictor, ſe  
 cundo uero  
 uictus & ca  
 ptus à filio,  
 & indigniſi  
 me tractatus.*

*Dauidis exa  
 emplo.*



Episcopi Spi-  
rensis aduer-  
sus Heinricū  
4<sup>o</sup> ingrati-  
do.

Mars Heinri-  
ci Quarti Im-  
peratoris.

reaciuatatem & Episcopum decenter promouerat. Dixit  
ergo Cæsar ad amicum suum episcopū de Spira. Ecce de-  
stitit. Atus regno decidi à spe, nihilq; mihi utilius est quàm re-  
franciare militiæ. Da ergo mihi præbendam apud Spiram,  
ut sim famulus Domine meę Dei genitricis, cui deuotus  
semper extiti. Noui enim literas, & possum adhuc subser-  
uire choro. Ad quem ille: Per matrem, inquit, Domini,  
non faciam tibi quod petis. Tunc Cæsar suspirans & illa-  
crymans ad circumstantes ait, Miseremini mei, miseremi-  
ni mei, uos saltem amici mei, quia manus Domini tetigit  
me. Mortuus est autem eo tempore Leodij, stetitque  
corpus eius inhumatum in capella quadam deserta quinq;  
que annis. Tanta enim seueritate Dominus Papa & cæte-  
ri aduersarij eius in ipsum ulti sunt, ut mortuum uel hu-  
mari non sinerent. O magna Dei iudicia, quæ completa  
sunt in tam præpotenti uiro. Sperandum autem quòd  
caminus ille tribulationis decoxerit in eo scoriam, tulerit  
rubiginem: quoties enim in præsentī iudicamur, à Domi-  
no corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Fuit  
autem Ecclesijs admodum bonus, his uidelicet quas sibi  
fideles persensit. Porro Romanum Antistitem Gregoris-  
um & cæteros insidiatores honoris sui, sicut infestos ha-  
buit, ita etiam infestare studuit. Impulit eum ad hoc, ut  
multi dicunt, grauis necessitas. Quis enim uel minimam  
honoris sui iacturam æquanimitè ferat? Legimus au-  
tem quia multi peccauerunt, quibus tamen subuentum  
est poenitentia remedio. Certè Dauid peccans & poeni-  
tens, Rex & Propheta permanfit. Rex autem Henricus  
ad uestigia Apostolorum iacens, orans, ac poenitens,  
gratis peffundatus est, nec inuenit tempore gratia, quod  
ille

ille obtinuit duro legis tempore. Sed disputauerint de his qui scierint, uel ausi fuerint. Vnum hoc scire licet, quia Romana sedes adhuc hodie luit factum illud. A tempore enim illo, quotquot regnant de stirpe illa, omnibus modis nituntur humiliare Ecclesias, ne resumant uires consurgendi aduersus Reges, nec inferre quæ intulerunt patribus eorum. Regnauit autem Heinricus iunior pro patre suo, fuitque concordia inter regnum & sacerdotium, sed non multo tempore. Nam nec ipse prosperatus est in omni uita sua, irretitus similiter ut pater eius à sede Apostolica. De quibus suo loco dicendum est. *Heinricus s. Imperator, Anno 1107.*

His ergo de perturbationibus Imperij, & uarijs Saxonum bellis necessario prælibatis, eo quòd Slauis causam defectionis uel maximam præbuerint, iam nunc redeundum est ad historiam Slauorum, *Nec immerito, Quia hoc non a patrem & matrem.*

unde longius digressus sum.

# De morte Cruconis

## Cap. XXXIIII.

Factum est aut postquam Cruco Slauorum princeps et Christiani nominis persecutor confectus est senio, Henricus filius Godescalci egressus est Dacia, & reuersus est in terram patris suorum, Cui cum Cruco introitum præcluderet omnem, ille collecto de Danis simul atque Slauis nauium numero, percussit Aldenburg, et omnem maritimam Slauorum prouinciā, duxitque de eis infinitam prædā, Et cum hoc secundo & tertio.

fecisset, factus est timor magnus omnibus Slauorum populis, insulas & littus maris habitantibus, adeo ut ipse Cruco præter spem Heinricum ad pacis conditionem admitteret, & concessio introitu, uillas ei oportunas ad habitandum concederet. Nec tamen hoc egit sincera intentione: uirum enim iuuenem, fortem, & bellicosum, quem uinequibat, fraude opprimere gestiebat. Vnde etiam per interstitia temporum accuratis conuiujs animum eius explorabat, pertentans oportuno insidijs locum. At illi ad cauendum nec consilium nec doli deerant. Nam Domina Slauina, uxor Cruconis sapius illum præmuniuit denun-

*Cruco tyrannus Slauorum, per insidias opprimitur.* cians insidias. Denique marito iam uetulo infensa, Heinricum, si possibile foret, nubere affectabat. Vnde etiam institutum eiusdem foeminae, Henricus inuitauit. Cruconem ad conuiuium, quem multa potione temulentum, cum estuarium in quo bibebant, incuruus exiret, Danus quidam de seruis securi percussit, et uno ictu caput amputauit. Et accepit Henricus Slauinam in uxorem, & obtinuit principatum & terram. Occupauitque munitiones quas antehabuit Cruco, & reddidit hostibus suis ultionem. Accessit etiam ad Ducem Magnum, eo quod cognatus eius esset, & magnificatus est apud eum, fecitque ei iuramentum fidelitatis ac subiectionis. Sed & Nordalbingorum populos, quos Cruco uehementer attriuerat, iste conuocauit in unum, & iniit cum eis pactum firmissimum, nulla bellorum tempestate conuellendum. Et lætati sunt Holzatenses, necnon Sturmarij, ceterique Saxones, Slauis contigui, eo quod corruisset hostis eorum maximus, qui tradidisset eos in mortem & in captionem, & in exterminium, & sur-

rexisset pro eo princeps nouus, qui diligeret salutem Israël,



rael. Seruieruntq; ei ex animo properantes cum eo ad uaria bellorum pericula, parati cum eo aut uiuere aut mori fortiter. Audientes ergo uniuersi Slauorum populi, ij uidelicet qui habitabāt ad Orientem & Austrum, quōd surrexisset inter eos Princeps qui dicat subiacendum Christianis legibus, & tributa Principibus soluenda, uehementer indignati sunt, conueneruntq; omnes una uolūtate & eadem sententia, ut pugnarent aduersus Heinricū, & statuerunt in locum eius qui erat Christicolis oppositus omni tempore. Nunciatumq; est Heinrico, quia egressus est Slauorum exercitus ad destruendum eum, & statim direxit nuncios ad accersendum ducem Magnum, & fortissimos Bardorum, Holzatorum, Sturmariorum atque Thethmarchorū, qui omnes occurrerunt prompto animo & uoluntario corde. Et progressi sunt in terram Polaborum in campum qui dicitur Zenilowe, ubi exercitus hostilis erat diffusus super latitudinem terræ. Videns ergo Magnus, quia exercitus Slauorum grandis esset, & armis instructus, timuit congregari, Protractumq; est bellum à mane usq; ad uesperam, eo quōd internunciij tentarent pugnam conditionibus dirimere, Dux quoq; expectaret auxilium militum, quos superuētuos sperabat. Factum est autem circa occasum solis, & ecce speculator ducis nūciat militiam armis instructam e minus accedentem, quibus uisis Dux lætatus est: Saxonibus augefcunt animi, sublatoq; clamore aggressi sunt prælium. Et perrupta est acies Slauorum, disiectiq; per fugas, occisi sunt in ore gladij. Et facta est uictoria illa Saxonum celebris, & recordatione digna, eo quōd adfuit Dominus credentibus in se, et concluderet multitudinem in manu paucorum. Referunt

*Slauo odio religionis Christiana, infestū Heinrico Principi suo bellum.*

*Polabi dicti sunt Slaui habitantes circa Racesburg, ut supra ca. 2. Helmodus indicat.*

*Slauo grandi prælio uicti à Christianis Saxonibus.*

ij, quorum patres interfuerunt, quia solis splendor iam oc-  
cumbentis, obiectos Slauorum oculos in congressu adeo  
obtuderit, ut præ lumine nihil uidere potuissent, fortissi-  
mo Deo hostibus suis, in minimo, maximum præbente of-  
fendiculum. Seruieruntq; à die illa omnes illæ orientaliū  
Slauorum nationes Heinricho sub tributo, factusq; est apud  
Slauorum gentes notissimus, in his quæ ad honesta-  
tem & pacis bonum pertinent nobiliter clarens. Præce-  
pitq; Slauorum populo, ut coleret uir agrum suum, & ex-  
erceret laborem utilem & commodū, extirpauitq; latrun-  
culos & uiros desertores de terra. Et exierunt Nordalbin-  
gorum populi de munitionibus in quibus inclusi teneban-  
tur, propter timores bellorum, & reuersi sunt unusquis-  
que in uillam & possessionem suam, & reedificatæ do-  
mus & Ecclesiæ, bellorum tempestatibus dudum diru-  
tæ. Porro in uniuersa Slauia necdum erat Ecclesia uel sa-  
cerdos, nisi in urbe tantum, quæ nunc uetus Lubika dici-  
tur, eo q; Heinrichus cum familia sua sæpius illic moraretur.

Luderus seu  
Lotharius co-  
mes de Arn-  
sberg, q po-  
stea etiam sa-  
ctus est Ro-  
Imperator,  
Ducatū Saxo-  
niæ adipisci-  
tur, ab Hein-  
rico V.

✠  
Scilicet de  
Anhalt et Be-  
renburg.

## De morte Godefridi co- mitis Stormariæ, Cap. XXXVI.

**M**ortuus est post hæc Dux Saxonie Magnus, & de-  
dit Cæsar Ducatum Ludero Comiti, eo quod Ma-  
gnus non haberet filium sed filias. Quarum una Eilike no-  
mine nupsit Ottoni Comiti, & genuitq; ei Adalbertum  
Marchionem, cognomento Vrsu. Altera uerò filiarum  
Wulffildis nomine, data est Duci Bauariæ Catulo, quæ  
peperit

peperit ei Heinricum Leonem. Luderu aut e m obtinuit ducatum Saxoniae, & gubernauit cum modestia tam Slavos quam Saxones. Accidit autem in diebus illis ut Latrunculi Slavorum uenirent in Sturmariam, & tollerent prædam de iumentis, & captiones hominum prope ciuitatem Hammenburg. Ad uocem autem clamoris surrexit Comes prouinciæ illius Godefridus cum aliquantis ciuium de Hammenburg & persecutus est Latrones.

Sentiens autem quia multi essent, substitit aliquantisper, donec ueniret ei maius auxilium. Præteriens ergo rusticus quidam, cuius uxor & filij captiui ducebantur, increpuit Comitem dicens, Quid trepidas ô uirorum uilissimè me habes cor muliebre, non uirile, Certè si uideres uxorem tuam & filios abduci sicut meos, non subsisteres.

Propera, festina, libera captiuitatem, si de cætero in terra honorari uolueris. His uerbis irritatus Comes abiit uelociter sequens hostes. At illi posuerant post se insidias, & cum præteriret Comes cum paucis, surrexerunt insidiæ de locis suis, percusseruntque Comitem, & cum eo uiros quasi uiginti, & abierunt uia sua, cum præda quam raperant. Prouinciales autem pariter insequentes, inueniunt Comitem interfectum, caput uero eius non reperiunt, eo quod defectum Slauum illud secum duxissent.

Quod postmodum multo precio redemptum in patris reconditum est sepulchris,



## De interfectione Rugi

anorum, Cap. XXXVII.

Origo comi  
tum de Sco  
wenburg.

Supra cap. 2.

Rugiani obfi  
dent Lubecā.

**C**omitiam uacantem dedit Luderus Dux, nobili uiro Adolfo de Scowenburg. Fuitq; pax inter Adolsum Comitem, & principem Slauorum Henricum. Quodam ergo tempore cum Henricus resideret in urbe Lubeke, ecce improuisus superuenit exercitus Rugianorum siue Ranorum, subuectiq; per alueum Trabene, urbem nauibus circumdederunt. Sunt autem Rani, qui ab alijs Rimi appellantur, populi crudeles, habitantes in corde maris, idolatriæ supra modum dediti, primatum præferentes in omni Slauorum natione, habentes regem, & fanum celeberrimum. Vnde etiam propter specialem fani illius cultum, primum uenerationis locum obtinent, & cum multis iugum imponant, ipsi nullius iugum patiuntur, eo quòd inaccessibiles sint propter difficultatem locorum. Gentes quas armis subegerint, fano suo censuales faciunt. Maior flaminis quàm regis ueneratio apud ipsos est: qua fors ostendit, exercitum dirigunt. Victores aurum & argentum in ærarium Dei sui conferunt, cetera inter se partitur. Hi ergo dominationis libidine prouocati, uenerunt Lubeke, uelut ipse sibi omniem Wagrensium & Nordalbingorum prouinciā. Videns autem Henricus improuisum obsidionis malum, dixit ad Principē militiæ suæ, Consulendum est saluti nostræ, & uirorū qui nobiscum sunt, & necessarium mihi uidetur ut exeam ad cōtrahenda auxilia, si fortè possim urbem obsidione liberare. Esto ergo uir

uir fortis, & cōforta bellatores qui in hac urbe sunt, & seruante mihi urbem usq; in diem quartum. Tūc enim ulta comite, apparebo super montem illum. Et elapsus noctu cū duobus uiris, uenit in terram Holfatorum, nunciāns eis imminens periculum. At illi in unum conglobati, occurrerunt cum eo ad prælium, ueneruntq; prope munitionē quæ expugnabatur ab hostibus. Et collocauit Heinricus socios in latibulis, præcepitq; eis in silētio esse, ne fortē hostes audirent uocem multitudinis, aut hinnitum equi. Auulsusq; à socijs, uno tantum contentus seruo, uenit ad locum quem præfixerat, unde uideri posset ab urbe, Cuius faciem præfectus urbis callidē obseruans, ostendit eum amicis, quorum animi consternati erant. Nam fama pertulerat ad eos, quod Heinricus nocte qua egressus est, captus esset ab hostibus. Contemplatus ergo Heinricus suorum periculum, & obsidiōis feruorem, reuersus est ad socios, dissimulatoq; itinere, circumduxit exercitum per uiam maris, usq; ad ostium Trabenæ, descenditq; per uiam qua Slauorū equites descendere debebant. Vbi ergo *Raniberg* *Stratagemas* ni uiderunt multitudinem per iter maris descendentem, putabant equites suos esse, exieruntq; de nauibus in occursum eis cum gaudio & plausu. At illi sublato clamore in oratione & hymnis, insiluerunt in hostes subito, & perterritos inopinato casu, ad naues usq; propulerunt. Et facta est ruina magna in exercitu Ranorum in die illa, cecideruntq; interfecti coram castro Lubeke, nec fuit minor *Ruglani ad* *Lubeckam ca* *duntur ab* *Heinrico* *fio* *Godescal* *ci.* numerus eorum qui aquis præfocati sunt, quā occisorū gladio. Feceruntq; tumulum magnum, in quo proiecerūt corpora mortuorum, & in monumentum uictoriæ, uocatus est tumulus ille, Raniberg, usq; in hodiernum diem.

Heinricus Go  
descalci filius  
us, fit rex o-  
minum Slauo-  
rum.

Εὐσεβίου  
ῥῶν τὰ  
Λατίνων, ὁ-  
σεβίου  
δ' αὖ.

Magnificatusq̃ est Dominus Deus in manu Christiano-  
rum in die illa, statueruntq̃ ut dies Kalendarum Augusti  
celebretur omnibus annis, in signum & recordationem,  
quod percussisset Dominus Rános in conspectu plebis  
suae. Seruieruntq̃ Ránorum populi Heinrico sub tribu-  
to, quemadmodum Wagiri, Polabi, Obotriti, Kycini, Cir-  
cipani, Lutici, Pomerani, & uniuersae Slauorum nationes  
quae sunt inter Albiam, & mare Balticum, & longissimo  
tractu portenduntur usq̃ ad terram Polonorum. Super  
omnes hos imperauit Henricus, uocatusq̃ est rex in om-  
ni Slauorum & Nordalbingorum prouincia.

## De Stoderanis & Briza

nis ab Heinrico domitis, Cap. XXXVIII.

Stoderani et  
Brizini,  
Marchiae po-  
puli, à quibus  
adhuc oppi-  
dum Brizen  
nomen retin-  
et.

Henricus  
Slauorū rex,  
subigit Sla-  
uos tenentes  
Marchiam  
Brandenbur-  
gensium.

**C**VM ergo uice quadam Brizanorum & Stoderano-  
rum populi, hi uidelicet qui Hauelberg & Branden-  
burg habitant, rebellare pararent, uisum fuit Heinrico, ar-  
mis aduersus eos utendum, ne fortè duarum gentium in-  
solentia, toti Orienti rebellionis materiā parturiret. Per-  
rexit ergo cum amicissimis suis Nordalbingorum arma-  
tis, peragransq̃ Slauorum prouinciā, cum ingenti peri-  
culo uenit Hauelberg, eamq̃ obsidione uallauit. Præce-  
pitq̃ omni Obotritorum populo, ut descenderēt ad expu-  
gnationem urbis, & creuit obsidio in dies & menses. In-  
terea perlatum est ad Mistue filium Heinrici, quod gens  
quædam foret e uicino, fertilis omnibus bonis, habitato-  
resq̃ eius quieti, & nullius turbulentiae suspecti. Porro  
Slauī illi dicti sunt Lini, siue Linoges, Assumpsitque secū  
ducentos



ducentos Saxonum, & trecentos Slauorum, omnes electos, & abiit in consilio patre, iter bidui, per angustias nemorum, & difficultates aquarum, & paludis maximæ, irruitque super securos & improvidos, & duxit ex eis infinitam prædam, & captiuitatem hominū, abieruntque onusti. Cumque maturantes reditum, difficiliora paludis transirent, ecce circumiacentium locorum incolæ pariter cōglobati, ad pugnam prouunt, uolentes captiuitatem liberare. Videntes ergo ij qui erant cum Mistue, se immensa multitidine hostium circumfusus, uiamque ferro aperiendam, adhortati sunt se mutuo, totisque uiribus enisi, omnem obstitentium multitudinem peremerunt in ore gladij, præterea Principem eorum captiuum secum abduxerunt, ueneruntque ad Heinricum & exercitum qui erat in obsidione, cum salute uictoriam & diuitias maximas reportantes. Post paucos autem dies Brizani, ceterique rebelles, pacem postulauerunt, datis obsidibus, quos Henricus uoluisset. Atque in hunc modum sedatis rebellibus, Henricus ad sua reuersus est, Nordalbingorum quoque populi ad sedes suas reuersi sunt.

*Iuuenilis te  
meritas.*

## Expeditio Heinrici regis

Slauorum in terram Rugianorum, Cap. XXXIX.

**A**ccidit post hæc, ut unus filius Heinrici, **Woldemarus** nomine, occideretur à Ranis. Quamobrem pariter dolore pariter & ira permotus, omnem animū intendit ad rependendam talionem. Misitque nuncios in uniuersas Slauorum puincias, ad contrahenda auxilia, cōueneruntque omnes pari

*Henricus  
rex Slauorum,  
Rugios domat.*

uoluntate, eademq; sententia, ut parerent iussionibus regis, expugnarentq; Rános, & fuerunt innumerabiles, ut arena maris. Nec his contentus, misit ad accersendos Saxones, eos scilicet qui de Holsatia & Sturmaria sunt, commones eos priuata amicitie. Et secuti sunt eum pleno corde, numero quasi mille sexcenti. Transitoq; flumine Tra bona, abierunt per longissimos fines Polaborum, & eorum qui dicunt Obotriti, quousq; peruenirent ad Penim fluuium. Quo transmissio, duxerunt iter ad urbem quæ dicitur Woligost, apud urbaniores uocatur Iulia Augusta, propter urbis conditorem Iulium Cæsarem. Illic inuenerunt Heinricum expectantem eos. Et pernoctauerunt ibi, figentes castra non longè à mari. Mane autè facto, conuocans Henricus populum in concionem, allocutus est eos, dicens: Magna uobis, ô uiri, debetur gratia, qui ad ostensionem beneuolentiæ uestræ & fidei inuictæ, longius uenistis, laturos nobis opem contra hostes fauissimos. Sæpius quidem accepi gustum audaciæ uestræ, & fidelitatis experientiam, quæ in diuersis periculis mihi frequens luctum, uobis gloriam parturisse dinoscitur: Sed nihil ita efucet, sicut huius deuotionis exhibitio, semper memoriter retinenda, semper omni studio promerenda. Notum ergo uobis cupio, quod Rani, ad quos modo tendimus, directis ad me nocte nuncijs, ducentis Marcis pacem obtinere quærunt. Super hac re nihil mihi sine uestro consilio definiendum est: si decreueritis acceptandum, acceptabo, si recusandum, recusabo. Ad quod responderunt Saxones, dicentes, Nos quidem, ô Princeps, licet numero paucissimus, honoris tamen atq; uirtutis cupidi, gloriâ pro quaestu maximo duximus. Rános ergo, qui filiū tuum occiderunt,

*Vulgo, ista  
sedes illi  
stris. Princi-  
pum Pome-  
ranie. Sic  
dicta quasi  
Iulia Augu-  
sta, ex condi-  
ta à Iulio Cæ-  
sare, si dijs  
placet.*

runt, pro ducentis Marcis in gratiam recipiendos nostro consilio dicis? Reuera nomini tuo magno condigna satisfactio. Absit à nobis talis iniuria, ut unquam facto huic assentiamus. Nec enim ideo uxores, filios, denique patrias sedes reliquimus, ut hostibus cauillationem, & filiis nostris opprobrium sempiternum hæreditemus. Quin potius perge ut coepisti, transi mare, utere ponte quem strauit tibi bonus artifex, admoue inimicis tuis manus, Videbis gloriosam mortem nobis maximo esse lucro. His adhortationibus animatus Princeps, mouit castra de loco illo, & perrexit ad mare. Tractus autem ille maris contractior, et qui uisu transiri potest, eo tempore stratus erat glacie firmissima, propter rigorem hyemis. Statimque ubi transmissis syluis & arundinetis, uenerunt super mare, ecce illic agmina Slauorum de uniuersis prouincijs, diffusa erant super faciem maris, distinctaque per uexilla, & cuneos, expectantia iussu regis. Eratque exercitus ille grandia ualde. Omnibus ergo caute & ordinate per singulas acies consistentibus, soli duces egressi sunt ad salutandum regem, & exercitum peregrinum, & pronis uultibus adoruuerunt. Quos resalutans Heinricus, & adhortans, coepit percunctari de itinere, & quoniam in processu deberent esse primi. Singulis autem ducibus certatim se offerentibus, responderunt Saxones, dicentes, Nostri iuris esse dinoscitur, ut ad bella procedentium nos primi, redeuntium nouissimi inueniamur. Legem ergo à patribus traditam, & hactenus possessam, hoc etiam loco minime negligendam arbitramur. Et annuit eis Rex. Licet enim Slauorum multus esset numerus, Heinricus tamen se non credebatur eis, eo quod ipse nosset omnes. Leuatis ergo signis, Saxo-



nes præierunt in fronte, cætera Slauorum agmina suis ordinibus subsecuta sunt. Et tota die ambulantes in glacie et niue multa, circa nonam tandem apparuerunt in terra Rugianorum. Statimque uillæ littori contiguæ, inflammatae sunt. Dixit autem Henricus ad socios: Quis ibit ex nobis speculari ubi sit exercitus Ranorum? Videtur enim mihi quasi uideam eminus multitudinem appropinquantem nobis, Missus ergo cum aliquantis Slauis, Saxonum speculator, in momento reuersus est nuncians hostes adesse. Dixitque ad socios, Mementote ð uiri unde uenistis & ubi consistitis, ecce mensa posita est ad quam æquo animo nobis accedendum est, nec est locus subterfugij, quin oporteat nos participari delicijs eius. Ecce mari undique conclusi sumus, hostes ante nos, hostes post nos, perijtque à nobis fugæ præsidium. Confortamini ergo in Domino Deo excelso, & estote uiri bellatores, quia unum è duobus restat, aut uincere aut mori fortiter,

Instruxit ergo Henricus aciem, ipse cõstitutus in fronte cum robustissimis Saxonum. Videntes ergo Rugiani impetum uiri, timuerunt timore magno, miseruntque flammam suam qui cum ipso de pace componeret. Primo ergo quadringentas, deinde octingentas Marcas obtulit. Cumque exercitus remurmuraret indignans, urgerentque aciem ad congressum, corruit ille ad pedes principis dicens: Ne irascatur Dominus noster super seruos suos. Ecce terra in conspectu tuo est, utere ea ut libet, omnes in manu tua sumus, quicquid imposueris feremus. Quatuor ergo millibus et quadringentis Marcis pacem indempti sunt, acceptisque obsidibus in terram suam reuersus est, dimisitque exercitum unumquemque in sua. Misit autem nuncios

221vñ pro in  
terfecto Re  
gis filio.

in terram Rugianorum ad suscipiendam pecuniam quam promiserant. Porro apud Rános nō habetur moneta nec est in comparandis rebus cōsuetudo numorum, sed quicquid in foro mercari uolueris, panno lineo comparabis. Aurum & argentum quod fortè per rapinas & captiones hominum uel undecunq; adepti sunt, aut uxorū suarum cultibus impendunt, aut in ærarium Dei sui conferunt. Posuit ergo eis Heinricus in appensione, statueram grauissimi ponderis. Cumq; exhaustissent ærarium publicum, & quicquid in priuatis suis auri uel argenti habuerant, uix medietatem persoluerunt, puto statera delusi. Quamobrem iratus Heinricus quod promissa ex integro non persoluissent, parauit secundam profectiōem in terram Rugianorum. Accitoq; duce Ludero proxima hyeme quæ mare peruium reddidit, intrauit terram Rugianorum cum magne Slauorum & Saxonum exercitu. Vixq; tribus noctibus illic remanserant, & cœpit hyems resolui, & glacies liquefcere. Contigitq; ut imperfectis rebus reuertentes marina pericula uix euaserint, & non adiecerunt Saxones ultra intrare terrā Ránorum, eo quod Heinricus modico superuiuens tempore, morte sua controuersia finem dederit.

*Nummus apud Rugios nondum in usu tempore Helmoldi.*

# De Heinrico Quinto

Imperatore, Cap. XL.

**F**Vit autem circa hos dies bellū potens Heinrico Cas-  
sari contra ducem Luderum & Saxones. Henricus  
enim iunior ubi depulso uel potius extincto patre ob-  
tinuit Monarchiam Imperij, uidit quia uniuersa terra qui-  
escit in conspectu eius, fecitque uniuersis Principibus  
iurari expeditionem Italicam, uolens iuxta morem asse-  
qui plenitudinem Imperialis honoris de manu summi Pō-  
tificis. Transcensiq; Alpibus perrexerunt Romam cum  
ingenti armatorum multitudine. Dominus enim Papa Pa-  
schalis audito introitu eius, non modicè lætatus est, milit-  
que ad circumiacentes regiones accersere numerosum  
Clerum, quatenus regem honorabiliter uenientem, ipse  
honoratior exciperet. Susceptus est ergo cum magno cle-  
ri urbisq; tripudio. Vbi autem uentum est ad cōsecratio-  
nem, exegit ab eo Dominus Papa iuramenta, quatenus  
in Catholicæ fidei obseruantia integrè, in Apostolicæ se-  
dis reuerentia promptus, in Ecclesiarum defensione sollicitus  
existeret. Sed Rex superbus, iurare noluit, dicens Im-  
peratorem nemini iurare debere, cui iuramentorū Sacra-  
menta ab omnibus sint exhibenda. Facta est ergo conten-  
tio inter Dominum Papam & Regem, & interceptum est  
opus consecrationis. Statim armatus regis exercitus effe-  
ratus est in iram, inieceruntq; manus in Clerum & spolia-  
uerunt eos uestibus sanctis, quasi lupi grassantes inter o-  
uilia. His auditis Romani prouunt ad obsistendum, eo  
quod uiderēt iniuriari Clerum, ortumq; est bellum in do-  
mo Beati Petri tale, quale non est auditum ab annis anti-  
quis. Præualuit autem exercitus Regis, attriueruntq; Ro-  
manos interfectione magna nimis, nec fuit discretio Cle-  
ri & uulgi, omnia deuorante gladio, ibi pugnauit robus-  
tissimus

Henrici s. et  
Pape, dissen-  
sio & concer-  
tatio.

Strages Ro-  
manorum.



stissimus quisq; quousque obrigesceret gladius in mani-  
 bus eius. Et repleta est domus sanctificationis morticinis  
 & cadaueribus, profluxeruntq; de aceruis mortuorum  
 riuus sanguinis, adeo ut Tyberina fluenta mutarētur in co-  
 lorem sanguinis. Sed quid multis immoror? Dominus Pa-  
 pa & ceteri qui occisioni superfuerāt, in captiuitatem du-  
 cti sunt. Videres ergo Cardinales funibus in colla missis, *Henricus 5.*  
 nudos trahi, uinctis post terga manibus, et de ciuibus im- *Papam &*  
 mensas cathenatorum cateruas duci. Postq; ergo profe- *Cardinales*  
 cti de Roma uenerunt ad primæ mansionis locum, acces- *in uincula*  
 serunt quidam Episcopi & Religiosi ad Dominum Papā *conijci.*  
 dicentes ad eum: Magnus dolor est cordi nostro sanctissi-  
 me Pontifex de tanto facinore, quod commissum est con-  
 tra te & Clerum tuum, & ciues urbis tuæ. Sed mala hæc,  
 exigentibus peccatis nostris improuisa magis quam deli-  
 berata fuerunt. Assentire ergo nobis, & complacere Do-  
 mino nostro, ut & ipse complacetur tibi, & perface in eo  
 opus benedictionis tuæ. Quibus ille respondit. Quid dici-  
 tis ó dilecti fratres? Virum hunc iniquum, uirum sangui-  
 num & dolosum, à nobis consecrandum dicitis? Bene ex-  
 piāuit manus suas ad percipiendam consecrationem, qui  
 aras Dei perfudit cruore sacerdotum, & domum sanctifi-  
 cationis repleuit cadaueribus interfectorum. Absit à me  
 uerbum hoc ut ego consentiam consecrationi eius, qui se-  
 ipsum execrabilem reddidit. Cumq; illi dicerent, cautum  
 esse saluti suæ & eorum qui erant in captiuitate, ut regem  
 placaret, respondit cum magna libertate dicens, Non ti-  
 meo Dominum uestrum regem. Occidat corpus, si uult,  
 amplius non habet quod faciat. Multum quidem prospe-  
 ratus est in cæde ciuium & Cleri sui, sed dico uobis in ue-

ritate, quia de cætero non assequetur uictoriam, nec uidebit pacem in diebus suis, sed nec filium generabit qui sedeat in throno eius. Cum hæc renunciata fuissent in conspectu regis, exarsit in iracundia magna, iussitque omnes captiuos decollari in facie Domini Papæ, ut uel per hoc deterreret eum. Ille uero instanter hortabatur eos mori fortiter pro iusticia, promittens eis æternæ uitæ immarcescibilem coronam. At illi unanimiter prouoluti pedibus eius, orabant dilationem uitæ. Tunc beatissimus Pontifex suffusus lachrymis cōtestatus est cordium inspectorum, se malle mori quàm cedere, si non præpediret omnibus Christi iure impendenda compassio. Fecit ergo quod necessitas imperarat, & promisit se Regem consecraturum, ut captiuitas relaxaretur. Reuersique in urbem Dominus Papa & Cardinales fecerunt regi secundum uoluntatem eius, extorto quidem obsequio, dederuntque ei priuilegium super omnibus quæ desiderauerat anima eius.

Paschalis Papa coactus conuolat Heinricum Quintum.

## De prælio ad Vuelpe-

holts commissio, Cap. XLI.

Paschalis Papa, promissa retractans,

Imperatorem excommunicat, & contra eum Saxones ad rebellione commouet.

**P**ostquàm ergo arrepta benedictione Imperator Teutonicas reuisit terras, collecta est in urbe Roma Synodus centum uiginti patrum, ubi Dominus Papa acriter incusatus est, pro eo quòd regem sacrilegum, capto summo Pontifice, tractis Cardinalibus, fuso sanguine Cleri & ciuium, ad imperiale culmen prouexerit, insuper constitutiones

tiones Episcoporum, quos patres sui Ecclesiastico iuri us-  
 que ad mortes & exilia defensusuerint, huic omnium indi-  
 gnissimo, etiam priuilegio stabilierit. Ille prætere cœ-  
 pit necessitatis articulū, maximaq; pericula minori dispen-  
 dio intercepta, strages plebium, incendia urbis non aliter  
 posse restringi, se quidē peccasse, sed impulsus: emenda-  
 turum se hanc noxam, secundum quod imperaret sanctū  
 Concilium. Accepta ergo satisfactio, accusantiū restri-  
 guit feruor, definit oq; consilio, extortum illud priuilegiū. *Heinricus s. excommuni- catus à Papa*  
 nō priuilegium, imo prauilegium uocitādum, ideoq; ana-  
 thematē rescindendum sanxerūt, ipsum præterea Impera-  
 torem à liminibus sanctæ Ecclesiæ sequestrandum censue-  
 runt. Corrit hæc fama per orbem uniuersum, omnesque  
 quos nouarū rerum cupido trahebat accepta quacūq; oc-  
 casio, rebelliois aggressi sunt molimina. Inter quos præ-  
 ptus erat famosus ille Adalbertus Moguntinus episcopus, *Adalbertus Moguntinus episcopus, re bellionis cō- citator contra Impera-*  
 sociatis sibi q; plurimis, maximē uero Saxonū principibus,  
 quos ad defectionē, partim necessitas, partim & rebellio-  
 nū uetus cōsuetudo illexerat. Siquidem præter noua bella  
 quæ tunc parabantur, cum fortissimo uiro seniore Heinri-  
 co nouies olim conflixerāt. Sed quid multis immoror? Sē-  
 tiens Imperator omnem iam Saxoniam à se deficere, & cō-  
 spirationum uirus latius serpere, primo omnium ipsum  
 autorem rebellionis Moguntinum cepit episcopū. Dein-  
 de toti infusus Saxonix, prouinciā eorum maxima strage  
 perualit, principibus eorum occisiōi aut certē captiuitati  
 traditis. Tūc ij qui superstitēs fuerāt de principibus Saxo-  
 num, uidelicet Luderus dux, Reingerus Haluerstaden-  
 sis Episcopus, Fridericus comes de Arnesberg, multiq; nobi-  
 les conglobati in unum, imperatori denuo in Saxoniam



In ducatu  
Mansfelden.  
fi. anno 1115.

Heinricus s.  
uictus acie à  
Principibus  
Saxonum.

Hoier Comes  
Mansfelden.  
fis.

cum exercitu redeunti occurrerunt in loco qui dicitur  
Welpesholth, produxeruntq; exercitum suum aduersus  
exercitum regis, licet impares numero; tres enim contra  
quinq; pugnauerunt. Commissumq; est p̃geliū illud no-  
stra ætate famosissimum Calendis Februarij, quo Saxo-  
nes superiores inuenti uirtutem regis attriuerunt. Ceci-  
dit in eo bello Hagerus & princeps militiæ regis, natus &  
ipse in Saxonia, destinatus ad Ducatum Saxonie, si res  
prosperè celsissent. Tunc Saxones propter uictoriam ani-  
mis subleuati, perpendentes Cæsaris iram non facile im-  
punitatem tantæ calamitati præbituram, frequētib; col-  
loquijs causam suā munierunt, seditiones quæ intra pro-  
uinciam erant fœderibus conciliant, aliunde auxiliantium  
manus consciscunt, postremo ne complices fœdera rum-  
pant, omnes in defensionem patriæ, arma coniurāt. Quid  
dicam de Moguntino, qui super omnes aduersus Impera-  
torem defauit; Is enim ciuium suorū, qui Cæsarem Mo-  
guntie obsederant, studio carcere erutus, & sedi suæ resti-  
tutus, quantas mortes in captiuitate pertulerit, non tam  
exili corporis specie, quàm ultionis acerbitate expres-  
sit. Qui etiam legatione sedis Apostolicæ functus, frequē-  
tibus concilijs Episcoporum aliorumq; quos iusticiæ spe-  
cies induerat, excommunicationis uerbum in Cæsarem  
deponebat. His motionibus exacerbatu; Cæsar, transijt  
in Longobardiam cum uxore sua Mathilde filia regis An-  
glie. Transmisitq; legatos ad Dominum Paschalem Papā,  
oraturus ueniam super excommunicationis uerbo. At il-  
le distulit causam ad audientiam Sancti Cōcilij, legitimas  
regi præfigens inducias, laxatoq; interim excommunica-  
tionis uinculo. Obijt interea Paschalis, cui substituit Cæ-  
sar

far Burdinum quendam, reprobato Gelasio quem Canonicam electionem statuerat. Factumque est de huius schisma in Ecclesia Dei. Gelasius enim fuga elapsus in regno Francorum mansit usque ad diem mortis suae. Longum est ergo per singula replicare turbulentias temporis illius, nec est temporis huius talium explanatio. Sclavorum autem historia, unde loquens digressus sum, reditum perurget, quorum utique conversionem Heinriciani Caesares non modice retardant, domesticis uidelicet praegravati. Qui uero actus eorum, & terminum schismatis huius plenius nosse desiderat, legat historiarum Magistri Eggehardi librum quintum quem ad Heinricum iuniorem describens, bona eius amplissima laude extulit, at malefacta, aut omnino tacuit, aut in melius interpretatus est. Nec tamen pretereundum reor, quod in diebus illis clauit uir insignis sanctitate Otto Bauenbergensis Episcopus, qui uisitante pariter & adiuuante Bolizlao Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Sclavorum qui dicuntur Pomerni, & habitant inter Odoram & Poloniam. Praedicauitque barbaris uerbum Dei, Deo cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Omnemque gentem illam cum principe eorum Wercezlauo conuertit ad Dominum, permanetque fructificatio diuinae laudis illic usque in hodiernum diem.

Magister E  
 kehardus hi  
 storicus. scri  
 psit es ge  
 stas Heinri  
 ci.

S. Otto, Po  
 meranorum  
 Apostolus.  
 Wercezlauus  
 primus ex Po  
 meraniae  
 principibus  
 Christianus.

## De electione Luderici du

cis Saxoniae, aduersus Conradum Sueuum,

Cap. XLII.

**A**Nno, post hæc, incarnati Verbi M.C.XXVI. obiit apud Traiectum Henricus Cæsar, & successit in solium regni Luderus Saxonum dux. Indignati autem Francigenæ, uirum Saxonem eleuatum in regnū, conati sunt alium suscitare regem, Conradum uidelicet, consobrinum Henrici Cæsaris. Præualuit autem pars quæ fuit cum Ludero, abiensq; Romā promotus est ad apicem Imperij per manus Innocentij Papæ. Quo etiam suffragante, Conradus eo usq; propulsus est, ut se traderet in potestatem Luderi, qui & Lotharius. Factusq; est ex hoste amicissimus. Cœpitq; in diebus Lotharij Cæsaris oriri noua lux, non tam in Saxonix finibus, quam in uniuerso regno, tranquillitas temporum, abundantia rerum, pax inter regnum & sacerdotium. Sed & Slauorum populi agebant ea quæ pacis sunt, eo quod Henricus Slauorum Regulus comitem Adolphum, & contiguos Nordalbingorum populos omni beneuolentia amplexatus fuerit. In diebus illis non erat Ecclesia uel Sacerdos in uniuersa gente Luticiorum, Obotritorum uel Wagirorum, nisi tantum in urbe Lubeke, eo quod illic fuerit Henrici familiare contubernium. Surrexit eo tempore Sacerdos quidam Vicelinus nomine, & uenit ad regem Slauorum Lubeke, rogauitq; dari sibi facultatem prædicandi uerbum Dei, infra terminos ditionis eius. Quis autem fuerit uir iste quantæque opinionis, multorum qui adhuc supersunt habet notitia. Sed ne posteros lateat huic narrationi inferendum arbitror, eo quod datus sit in salutem gentis huius, directas facere semitas Dei nostri in natione praua & peruersa.

Historia



# Historia de Vicelino,

qui instaurauit Ecclesias inter Slauos, & in  
urbe Lubicensi, Cap. XLIII.

**V**icelinus itaque Mindensi Parochia oriundus, in uilla publica cui nomen Quernhamele, quæ sita est in ripa Wisleræ genitus est, parentibus morum magis honestate, quàm carnis & sanguinis nobilitate ornatis. Literarum rudimentis apud Canonicos eiusdem loci institutus est, neglectus tamen penè ad uirilem ætatem, eo quòd parentibus orbus, adolescentiæ annos, ut ea afflaret ætas, leuis & lubricus exegerit. Patria tandem domo exemptus, diuertit in castellum non longè positum cui nomen Euersten, Vbi nobilis Domina, mater Conradi Comitis, iuuenem desolatum miserata, aliquandiu tenuit, misericorditer fouit, adeo ut Sacerdos castri uidens & inuidens, occasiones quæreret quibus eum castro deturbaret. Quadam ergo die multis arbitris coram positis, interrogauit Vicelinum, in scholis positus quid legisset? Illo perhibente se Statij libros Achilleidos legisse, consequenter requisiiuit, quæ esset materia Statij. Sed cum diceret se nescire, Sacerdos nimium mordaciter ad circumstantes, heus, inquit, ego iuuenem hunc de recenti studio uenientem putabam aliquid esse, sed opinione delusus sum. Ille enim penitus nullius momenti est. Sed quia scriptum est, uerba sapientium stimuli, & quasi clau in altum defixi, tantæ cauillationis uerbum modestia iuuenis extimuit. Statimque castello sese proripiens,

*Vicelini patres, patria, & studia.*

*Vexatio dei  
intell. sum.*

*Vicelini in li-  
terarum stu-  
dijs assidui  
fuit.*

etiam sine ualedictione discessit, tantis lacrymis inundas,  
& uerecundiae punctiones sustinens, ut uix cuiquam opinabi-  
le sit. Audiui eum saepenumero dicentem, quia ad uerbum  
illius sacerdotis respexerit eum misericordia diuina. Abijt  
ergo Patherburnen, ubi tunc forte studia literarum flore-  
bant sub nobili Magistro Harthmano. Cuius etiam men-  
sa & contubernio usus, quam pluribus annis, tanto feruo-  
re, tanta denique instantia studuit, ut non facile explicari  
possit. Crebro enim ueluti ad quandam desudans mente  
palastram, Artibus edomitum subdidit ingenium. Non  
hunc ludii, non epulae coepto proposito detraxerunt, quin  
aut legeret, aut dictaret uel certe scriberet. Chori prae-  
terea diligentissimus curator extitit inter primitias adolen-  
tis religionis deferuire Deo, suaue piumque putans. Videns  
ergo egregius magister, discipulum atque contubernionem  
suum, super uires laborare, saepius ait ad eum: O Viceli-  
ne, praecipitanter agis, pone modum studijs; nam tempo-  
ris adhuc multum superest, quo plurima discere possis.  
Ille nihil motus his uerbis, ecce recordor, ait, Me libris tar-  
das applicuisse manus. Festinare decet patitur dum tem-  
pus & aetas. Dedit autem Dominus uiro illi intellectum  
& cor docile, supercrescensque socios, in breui factus est in  
scholis regendis Magistro adiutor. Praerat ergo socijs in  
solicitudine instituens tam doctrina quam exemplo. Ora-  
tioni etiam interdum uacans, omnium sanctorum suffra-  
gia efflagitabat, praecipue uero beati Nicolai, cuius obse-  
quio specialius sese manciparat. Vnde & contigit ut uice  
quadam eiusdem sancti natalitia celebraturus in Orato-  
rio Sanctae Brigittae socios consciuerit, Vbi uespertino et  
matutino officio solenniter expleto, angelicae uoces a qui-  
busdam

*inuocatio Sa-  
ctorum, uetus  
error, ut hic  
patet.*

busdam auditæ sunt, psallentes iuxta morem cleri, respō-  
sorium, Beatus Nicolaus iam triumpho positus. Accessit  
ergo Vicelino gaudium de miraculo, & de gaudio cum  
lata deuotio.

# De Ludolfo auunculo

Vicelini, & eius obitu, Cap. XLIIII.

**C**Aeterum eidem viro diuino famulatu imbuēdo, no-  
bile præbuit uirtutis incrementum, illa celebris fa-  
ma auūculi ipsius Ludolphi sacerdotis de Feule, qui sum-  
ma sanctitatis uir, magnusq; confessor, frequentabatur a  
populis regionis confitentium peccata sua, & remedio  
pœnitentiæ uenturā iram declinare cupientium. Ad quē  
& ipse accersitus sæpius accessit, insistens abluendis per  
confessionem proprijs criminibus, considerauitq; in sa-  
cerdote naturę simplicitatem, innocentiam uitæ, & super  
omnia eleemosynarū largitatem, statumq; uitæ nulla dis-  
solutione labefactatum. Qui etiam uenerabilis sacerdos  
ætate iam decrepitus, sed uigore spiritus integer, ubi egri-  
tudinem mortali decubuit, misit ad accersiendos sacerdo-  
tes, & religiosos quoq; impetrato sacrę unctionis officio,  
conquestus est se fraudatum præsentia dilectissimorum  
suorum Rotholfi Hildenemensis Canonici & Vicelini.  
Nec mora ad uocem precantis uterq; inopinatus adue-  
nit, reperiuntq; utrum Deo dilectum exitus sui horam cū  
magna deuotione operientem. A quo etiam recogniti cū  
gratiarum actiōe suscepti sunt. Nocte ergo suprema Deo

Ludolphus  
auunculus Vi-  
celini.



in oratione colloquens, appropinquante iam diluculo, iussit sibi à Diacono legi passionem Dominicam, qua intentus audita, celeriter adorsus est Diaconum, Affer mihi, inquit, uelociter uaticum salutare, iam enim adest hora mirandi. Statimq; participans uiuificis mysterijs, dixit astantibus, Ecce ueniunt qui me deducturi sunt, ecce ueniunt nuncij Domini mei, subleuate me de lecto. Quibus attonitis, Quid trepidatis, inquit, o uiri! Nonne uidetis nuncios Domini mei omnes adesse? Statimq; anima illa carne soluta est. Mane ergo facto conuenientibus multis ad sepulturam tanti uiri, orta est disceptatio de sepultura eius, populo quidem eum in Ecclesia, familiaribus uero eius in atrio, ut ipse iusserat, sepeliri uolentibus. Offertur interim pro anima eius hostia salutaris, cum Theodoricus quidam, qui adhuc superest, propter uigilias funeris sopore grauius lecto decubuit, uiditq; sibi assistere uirum reuerendi habitus, & dicentem: Quousq; dormitas? Surge et fac sepeliri sacerdotem, ubi populus eius decreuit. Præualuit ergo ex beneplacito Dei postulatio populi, sepelieruntq; eum intra muros ecclesie, cui multis annis fideliter deseruierat.

## Quomodo Vicelinus

scholam Bremensem gubernauerit, Cap. XLV.

*Vicelinus fars  
ctus modera  
tor ludi lite  
rarij Bremē  
sis.*

**P**ost mortem ergo auunculi, Vicelinus in Patherburgenſi ecclesia tam diu perſtitit, quousq; uocatus Bremam, curandis ſcholis magiſter ibidē prædiſtus eſt. Fuiſq; in regendis ſcholis uir ualde idoneus, curator chōri, erudi

tor iuuenū, forma honestatis. Deniq; discipulos, quos ap-  
 tea mos præcipitatus agebat, reddidit artibus ingenuis, et  
 in cultu Dei, & frequentia chori, officiosos. Quamobrem  
 diligebat eum Antistes Fridericus, cæteriꝑ quos aut di-  
 gnitas aut honestas in Ecclesia fecerat editiores. Illis solū  
 onerosus uidebatur, quibus consuetudini fuerat deserto  
 cultu Ecclesiæ, & disciplina Clericali, bibere in tabernis,  
 spaciari per domos & plateas, uanitatibus obsecundare,  
 qui insolentias suas argui ab ipso pertimescebant. Vnde  
 etiam probris & derogationum spiculis sæpius eum ap-  
 petere solebant. Sed nil fuit quod in moribus eius à perfe-  
 ctione disideret, uel æmulatorum commentis alluderet, ni-  
 si quod in cohercendis iuuenibus, uerberibus modum ne-  
 gauerit. Vnde etiam plerisꝑ discipulis capescentibus fu-  
 gam, crudelitate notatus est. Quotquot autem ualidiores  
 animis disciplinæ eius iugum sustinuerunt, grandi emolu-  
 mento præditi sunt: succeuerunt enim sicut studiorum  
 & prudentiæ maiestate, ita etiam dignitatis & honorum  
 gratia. Fuit eo tempore in disciplinatu eius iuuenis opti-  
 mæ indolis Thethmarus nomine, cuius mater reuerentis-  
 sima, ipsa nocte qua tali sobole onustanda erat, conspexit  
 in uisu ueluti auream crucem gemmis redimitā sese gre-  
 mio recepiſſe, Præclarum sane futuræ prolis argumentū  
 sanctitatis fulgore irradiandum. Postquā ergo procrea-  
 tus est filius, mater non immemor oraculi, mancipauit e-  
 um diuino cultui, et sacris literis imbuendum. Sed cum in  
 primis neglectus esset, eo quod studium apud Bremam  
 defecisset, contigit aduentare Magistrum Vicelinū, & cu-  
 randis scholis præfici, cuius tutelæ commendatus puer  
 Thethmarus, factus est eius discipulus & contubernio.

Fridericus  
 Archiepisco-  
 pus Brema-  
 sis et Håbur-  
 gensis, nume-  
 ro 16. Omisit  
 enim Liema-  
 rum, qui 14.  
 & Humber-  
 tum qui 11.  
 fuit.

Vicelinus pla-  
 gosus Iudina-  
 gister.

# De profectione Viceli ni in Galliam, Cap. XLVI.

**E** Mensis ergo quàm pluribus annis, Magister Viceli-  
nus, perspecto discipulorum & profectu & nume-  
ro, proposuit ire in Franciam, maiorum scilicet gratia stu-  
diorum, orauitque Deum cogitationem suam ab ipso diri-  
gi. Hæc eo animo uoluntate, Adalbertus maioris Ecclesie  
prepositus die quadam accessit ad eum dicens. Quare ces-  
lastiamicum & consanguineum tuum, ea quæ in corde  
tuo sunt? Qui cum sollicitè requireret causam, ille respon-  
dens ait: Scio quidem quia profectionem paras in Franci-  
am, nec quenquam uis hoc nosse. Noueris ergo iter tuum  
à Domino directum: noctu enim in somnis, uisus sum mi-  
hi assistere ante altare Domini, & orare Deum instātius.  
Tunc imago beatæ Dei genitricis quæ fortè in altari con-  
stitit, allocuta est me dicens: Vade & nuncia uiro qui ia-  
cet post ostiū, quia habet potestatem migrandi quò uult.  
Parui ego iubentis imperio, & accedens ad ostium repert-  
e in oratione decubantem, Nunciaui tibi sicut edoctus es-  
ram, audisti & lætatus es. Iam nunc ergo accepta permis-  
sione, perge quò desideras. Hoc itaq; diuinæ respectiōis  
solatio animatus, resignauit scholis, nō tamen sine dolore  
Pontificis, maiorumq; Ecclesiæ, tanti uiri præsentia mole-  
stè carentium. Assumptoq; secum honestissimo iuene  
Thethmaro, perrexit in Franciam, adhūc scholas uenera-  
bilium Magistrorū Rodolphi & Anselmi, qui in expla-  
natione diuinæ paginæ fuerant eo tempore præcipui. A  
quibus

*Vicelinus, pe-  
fectus in Gal-  
liam, Theolo-  
gie dat ope-  
ram.*



quibus etiam honorabiliter habitus est, propter feruentissimum studij desiderium & uitæ probabilis meritum. Quæstiones enim superuacuas pugnasq; uerborum, quæ non ædificant sed magis subuertunt, omnino deuotans, ad ea solum enisus est, quæ sobrio intellectui, & moribus instructuendis sufficerent. Deniq; accepto semine uerbi Dei, eo usq; conualuit, ut iam tunc proposuerit propter Deum austerioris uitæ uias aggredi, abdicare scilicet carnis esum, cilicio ad carnem operiri, cultui diuino arctius applicari. Adhuc enim Acolitus existēs, altiori gradu abstinerat, timens lubricum ætatis. Vbi ergo maturior ætas et diutinum continentiae experimentum uiro firmitatem addiderant, trāsactis in studio tribus annis, statuit patriam reuifere, & ad sacros ordines promoueri. Contigit in diebus illis dilectum discipulum eius Thethmarum infirmari, Qui metuens periculum mortis fleuit cum Ezechia fletu magno, postulans dilationem uitæ, propter magistri sui accepta merita. Quo perorante, Deo gloria, infirmitas re releuatus est. Post hæc recepti in patriam, diuisi sunt ab inuicem. Et quidem uenerabilis Thethmarus Canonica Bremensis Ecclesiæ inuestitus est: At Magister Vicelinus oblatam recusauit, ordinatione Dei ad opus aliud destinā dus.

*Vide superstitionem illius temporis.*

## De aduentu Vicelini in

Slauiam, Cap. XLVII.

**E**O itaq; anno quo Francia reuersus est, accedens ad reuerendissimum Northbertum Magdeburgensem

Præsulem eius noticia perfrui, & ad sacerdotij gradū promoueri meruit. Statimq̃ feruentissimo zelo æstuans, quibusnam sedibus locandus, aut cui operi mancipandus foret, in quo Ecclesiæ fructuosus existeret, audiuit famam Heinrici principis Slauorū, & qualiter idem domitis barbaris gentibus, ad ampliandum cultum domus Dei, pro-

*Adalbero Archiepiscopus Hamb. et Bre mensis 17. Vitellum mittit ad conuertendos Slauos ad religionē Christianam.*

nam gesserit uoluntatem. Ratus ergo ad opus Euangelij se diuinitus uocari, adiit uenerabilem Adelberonem Hamenburgentem Archiepiscopum, qui fortē ad Bremam constitit, reuelaturus ei propositum cordis sui. Ille nō modice lætificatus approbavit consilium, deditq̃ ei legationem uerbi Dei in Slauorum gente, uice sua idolatriam extirpandi. Statimq̃ aggressus est iter in terram Slauorum, comitantibus eum uenerabilibus presbyteris, Rodolpho Hildensemensi, et Ludolfo Verdensi Canonico, qui se deuouerant in opus ministerij huius. Repertum ergo in urbe Lubecensi principem Heinricum conuenerunt, rogantes dari sibi facultatem prædicandi nomen Domini. Qui nil titubans uiros dignissimos corā gente sua magnis honoribus extulit, deditq̃ eis Ecclesiam Lubeke ubi tota secum statione consistere possent, & agere quæ Dei sunt. His ritē peractis, reuersi sunt in Saxoniam, ordinantes de rebus domesticis suis, & parantes se ad iter Slauanicum.

*Redit ad historiam supra inchoatam in fine cap. 42. de Slauis conuersis per Vitellum.*

*Mors Heinrici regis Slauorum.*

Sed grandis & subita mœstitia corda eorum perculit, Fa-  
ma enim uelox pertulit, Heinricum regem Slauorū præfenti uita decessisse. Sic q̃ ad præfens pia eorum uota retardata sunt. Filij. n. Heinrici Zwentepolch, nec nō Kanutus, q̃ dominio succedere, intestinis bellis adeo perturbati sunt, ut tranquillitatem temporum, & tributa regionum perderent, quæ pater eorum, armorum uirtute conquisierat.

De

# Depœnitentia Nordal

## bingiorum, Cap. XLVIII.

**C**irca idem tempus, Dominus Adelbero Archiepiscopus transiit Albiam, uisitaturus Hammenburg & Nordalbingorum prouinciā, uenitq; in ciuitatem Milethorp, habens in comitatu suo uenerabilem sacerdotem Vicelinum: Tres autem sunt Nordalbingorum populi, Sturmarij, Holzati, Thethmarki nec habitu nec lingua multum discrepantes, tenentes Saxonum iura, & Christianum nomen, nisi quod propter Barbarorum uiciniā, furtis & Latrocinij operam dare consueuerint. Hospitalitatis gratiam sectantur. Nam furari & largiri apud Holzatos ostentatio est, qui uerò prædari nesciat, hebes & in gloriū est. Consistente ergo Episcopo in Milethorp, uenerunt ad eum ciues de Faldera, rogantes dari sibi sacerdotem. Est autem Falderensis pagus, limes Holsatiæ, uersus eam partem qua Slauos attingit. Statimq; Pōtifex cōuersus ad Vicelinum sacerdotem, dixit. Si tibi propositū est laborādi in Slauia, uade cum hominibus istis, & potire ecclesia eorū, eo quod sita sit in terminis utriusq; prouincię, sitq; tibi intranti & exeunti locus & statio. Quo respōdente, se parere cōsilio, ait ad uiros de Faldera. Vultis uobis dari sacerdotē prudentem & idoneū? Quibus dicentibus, se hoc omnibus modis & uelle & expetere, acceptū per manus sacerdotē cōmisit eū cuidā Marchrado præpōsitū uiro, ceterisq; de Faldera præcipiens ut dignā personę sollicitudinē gererēt. Cūq; peruenisset ad locū destinātū,

Milethorp,  
nunc Mel  
dorp, oppidū  
Dittmarſiæ.

Faldera pa  
gus Holsatiæ,  
dictus etiam  
wippen-  
dorff.

Vicelinus  
præficitur  
Ecclesiæ Fal  
derensi.



perspexit habitudinem loci, campumq̃ uasta & sterili myrica perhorridum, præterea accolarum genus agreste et incultum, nihil de religiōe nisi nomen tantum Christianitatis habentes. Nam lucorum & fontium, cæterarumq̃ superstitionum multiplex error apud eos habetur. Incipiens ergo habitare in medio nationis prauæ & peruersæ, in loco horroris & uastæ solitudinis, eo arctius diuino se commendabat auxilio, quo magis humano destitutus est solatio. Dedit autem ei Dominus gratiā in conspectu gentis illius. Statim enim ut gloriam Dei, & bona futurisæculi, carnisque resurrectionem prædicare cœpit, ad nouitatem incogniti dogmatis gens bruta grandi miraculo percussa est, diffugeruntq̃ tenebræ peccatorum ab illustratione irradiantis gratiæ Dei. Deniq̃ incredibile dictu est, quanta plebium caterua in diebus illis ad pœnitentiæ remedium confugerit, insonuitq̃ uox prædicationis eius in omni Nordalbingorum prouincia. Cœpitq̃ pia sollicitudine circumiacentes uisitare Ecclesias, præbens populis monita salutis, errantes corrigens, concilians dissidentes, præterea Lucos & omnes ritus sacrilegos destruens. Cōperta ergo sanctitatis eius fama, multi tam de clero q̃ de Laicali ordine conuenerunt ad ipsum, inter quos primi et præcipui fuerunt uenerabiles Sacerdotes, Ludolfus, Epopo, Luthmundus, Volckwardus, cæteriꝫ quàm plures, ex quibus aliqui dormiunt, quidam uero adhuc superstites sunt. Hi ergo sacris connexi fœderibus, statuerūt, amplexi cœlibatum uitæ, perdurare in oratione & ieiunio, exerceri in opera pietatis, uisitare infirmos, alere egētes, tam propriam q̃ proximorum salutem curare. Super omnia uerò pro Slauorū uocatione solliciti orabant Dominū, ostium

Vecellinus  
Holsatius &  
Slauis, Christi  
sum prædica  
sat.

\*  
Ex eo cœliba  
tus sacerdotū  
illo tempore  
adhuc liber  
fuit, in illis  
locis.

ostium fidei quantocyus aperiri. Quorum Deus petitiones longius distulit: nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, neq; uenit tempus miserendi eorū.

# De intestino bello Ka-

nuti & Zwentepolchi fratrum, principum  
Slaui, Cap. XLIX.

**S**iquidem filij Heinrici, domestica bella conflantes, populis Nordalbingorum novos labores parturiebant. *Bellum intestinum filiorū Heinrici regis Slaui inter se, Kanuti et Zwentepolchi.*  
Zwentepolch enim senior, solus dominari cupiens, Kanu-  
co fratri suo multas irrogauit iniurias, ad ultimū sumptis Holzatis, eundem in castro Plumenli obsedit. At Kanu-  
tus prohibens socios, ne obsidentes iaculis appeterent, ascendens ad propugnacula, allocutus est omnem exercitum dicēs: Audite quæso uerbum meum, uiri optimi, qui *Prudens Kanuti consiliū.*  
uenistis de Holzatia. Quid rogo causæ est ut consurgatis aduersus amicum uestrum? Nonne ego frater sum Zwentepolci, eodem patre Henrico genitus, & de iure, ditionis paternæ cohæres? Quare ergo frater meus extorrem me facere nititur hæreditatis paternæ? Nolite, quæso, frustra uexari aduersum me, sed reuertimini ad iudicium, & obtinete mihi apud fratrem meum, ut det portionem quæ me iure contingit. His auditis animæ quiores facti sunt animi obsidentium, decreueruntq; uirum iusta postulationem exaudiri. Adhibitaq; opera, germanos discordes reconciliauerunt, partita inter eos provincia. Sed Kanutus non longè post interfectus est in urbe Lutiburg, Zwentepol-  
*Lutiburg legit Albericus Craxius, lib. 6. ca. 14. Metropoli.*

tepolch solus dominio potitus. Conuocansq; Adolsum  
 Comitem cum Holzatis, & Sturmarijs, direxit expeditio  
 nem in prouinciam Obotritorum, obseditq; urbem quæ  
 dicitur Werlo. Quæ in potestatem redacta, ultra progres-  
 sus est ad urbem Kycinorum, obseditq; eam hebdomadi-  
 bus quinque. Tandem urbe subacta, acceptisq; obsidibus,  
 Zwentepolch reuersus est Lubeke, Nordalbingi quoq;  
 ad sedes suas redierunt. Videns autem Vicelinus Sacer-  
 dos, quia Princeps Slauorum humanius se gereret erga  
 Christicolas, accessit ad eum & innouauit apud eum pa-  
 ternæ pollicitationis cœptum, Impetratoq; principis fa-  
 uore, misit in urbem Lubeke uenerabiles sacerdotes, Lu-  
 dolfum & Volwardum, qui salutem populi curarent. Re-  
 ceptiq; sunt benigne à mercatoribus, quorum non parua  
 coloniam Heinrici principis fides & pietas ibidem con-  
 sciuerat. Habitaueruntq; in Ecclesia sita in colle, quæ est è  
 Regione urbis, trans flumen. Nec longum tempus efflu-  
 xit, & ecce Rugiani urbem uacuam nauibus offendentes,  
 oppidum cū castro demoliti sunt. Sacerdotes inclyti, bar-  
 baris unam ecclesiæ ianuam irrumpentibus, per aliam e-  
 lapsi, beneficio uicini nemoris saluati sunt, & ad Falderen-  
 sem portum refugerunt. Zwentepolch non longe post  
 interfectus est, dolo cuiusdam Dasonis prædiuitis de Hol-  
 zatia. Remāsit Zwentepolch filius nomine Zwinike, sed  
 & hic interfectus est apud Ettheneburg, urbem Transal-  
 bianorum. Defecitq; stirps Heinrici in principatu Slauo-  
 rum, mortuis scilicet filijs. Prædixerat hoc idem  
 princeps, nescio quibus oraculis edoctus  
 stirpem suam quantocrys  
 defecturam.

Vicelinus &  
 socij, ecclesiā  
 Lubecæ colli-  
 gent.

Lubeca ue-  
 rus, euerfa à  
 Rugianis.

Interitus  
 Zwentepol-  
 chi Principis  
 Slauorum.



## De Kanuto rege Obo

tritorum, Cap. L.

**P**ost hæc translatus est principatus Slauorum ad nobilissimum principem Kanutū, filium Erici regis Danorum. Ericus enim potentissimus rex, cum se deuouisset ad iter Hierosolymitanum, fratri suo Nicolao regnum, cum filio Kanuto commendauit, accepto iuramento, ut si non rediret, filio suo, postquam adoleuisset, regnum contraderet. Cum ergo regem Hierosolyma redeuntem, fata sustulissent, Nicolaus, licet concubina natus, Danorum regnum obtinuit, eo quod Kanutus adhuc esset infantulus. Sed & Nicolao erat filius nomine Magnus. Nutriebantur ergo regalius & magnificentius hæc duo genimina in futuras commotiones bellorum, & multorum ruinam Danorum. Vbi autem Kanutus adolere coepit, timens se insidijs patriui sui facile posse obrui, transijt ad Imperatorem Lotharium, & mansit apud eum multis diebus siue annis, habitus ut regiam magnificentiam decuit cum plena honorificentia. Inde subiens in patriam, a patruo benigne receptus, & ducatu totius Daniae præditus est. Coepitque uir pacificus regionem compacare, auferens uiros desertores de terra. Præcipue uero Slesuicensibus beneficus erat. Cōtigit autem Latrones fortē cōprehendi in myrica, quæ interiacet inter Sliam & Egdoram, et perducī in faciem Kanuti. Quos cum ille suspendio addixisset, unus ex eis uitæ consulere cupiens proclamauit, se consanguineum eius esse, & regia Danorum stirpe oriundum. Cui Kanutus, exemplum.

Ericus rex  
 Daniae, in pte  
 thone Hiero-  
 solymitana  
 perijt.

Nicolaus, Es-  
 rici frater,  
 rex Daniae.

Myricam p  
 nemore di-  
 xit.  
 Sli lacus, Eg-  
 dora fluuius  
 Holstiae.

Seueritatis  
 exemplum.

*Henricus fili  
us Erici regis  
Danie, Prin  
cipatum Sla  
uorum ab Im  
peratore Lo  
thario impe  
trat, et ab eo  
rex Obotri  
torum appel  
latur.*

Turpe, inquit, est consanguineum nostrum, uulgarium more affici, decet nos impendere ei claritatem. Et iussit ei in nautica pinu solenne exhiberi suspendiū. Interea subiit animum eius quod principatus regni Slauorum uacaret, mortuo scilicet Heinricho & filijs eius adnullatis. Adijt ergo Lotharium Imperatorem, emitq; multa pecunia regnum Obotritorū, omnem scilicet potestatem, qua præditus fuerat Heinrichus. Et posuit Imperator coronam in caput eius, ut esset rex Obotritorum, recepitq; eum in hospitium. Post hæc transijt Kanutus in terram Wagirorū, & occupauit montem qui antiquitus Alberg dicitur, imposuitq; illic māliunculas, intendens ibidem communire castellum. Et sociauit sibi in terra Holzatientium omnem uirum fortem, fecitq; cum eis incursationes in terram Slauorum occidens & sternens omnes sibi aduersantes. Sed & fratruelem Heinrichi Pribizlaum & maiorem terrę Obotritorum Niclotum duxit in captiuitatem, posuitq; eos Sleswich in custodiā, astringēs eos manicis ferreis, quousque pecunia & uadibus redempti, ea quæ subiecta sunt, sentirent. Sepius et in terram Wagirorum deuersans, Falderensi hospitio usus est, præbuitq; se familiarem Vicelino & omnibus illic commorantibus, promittens eis bona, si Dominus res suas in Slauia direxisset. Veniens etiā Lubeke, dedicari fecit Ecclesiam quam cōstruxerat Heinrichus, astante uenerabili sacerdote Ludolpho, & cæteris qui de Faldera eidem loco mancipati erant. In diebus illis obiit Comes Adolphus, habuitq; duos filios. Quorum senior Hartungus uir militaris, habiturus erat Cometiam. At iunior filius Adolfus literarum studijs deditus erat. Contigit autem Imperatorem Lotharium cum grandi expeditione

*Mors senioris  
Adolphi,  
Comitis  
Nordalbingie.*

expeditione ire in Bohemiam, Vbi interfecto Hartungo cum multis nobilibus, Adolfus accepit comitiam terræ Nordalbingorum, uir prudens, & in diuinis & humanis rebus exercitissimus. Præter facundiam enim Latinæ & Teutonicæ linguæ, Slauiæ nihilominus linguæ gnarus erat.

Adolphus in  
nior, patri in  
Comitatu  
Nordalbina  
giæ succedit.

# De interitu Kanuti Re

gis Obotritorum, Cap. Ll.

Circa tempus dierum illorum accidit ut Kanutus rex Obotritorum ueniret Sleswich, habiturus cum patruo suo Nicolao, curiale colloquium. Cum autem populus uenisset in concionem, & rex senior sedisset in throno, indutus cultu regio, Kanutus assedit ex opposito, gestās & ipse coronam regni Obotritorum, stipatusq; satellitū agmine. Sed cū rex patruus uideret nepotem suum in fastu regio, sibiq; nec assurgere, nec osculum ex more dare, dissimulata iniuria, transiit ad eum, oblatorus ei salutatio nem cum osculo. Cui ille occursans ex medio, sese per omnia patruo & loco & dignitate adæquauit. Quod factum Kanuto letale odium consciuit. Nam Magnus, filius Nicolai, cum matre huic spectaculo assidens, incredibile dictum est, quanta ira exarserit, dicente ad eum matre sua, Nonne uides quia nepos tuus sumpto sceptro iam regnat? Arbitrare ergo eum hostem publicum, qui uiuēte adhuc patre tuo, nomen sibi regni usurpare non timuit. Quod si longius dissimulaueris, & non occideris eum, scito te &

Vide quantū  
mali ex ambi  
tione & in  
uidia Princi  
pum.

Nefaria im  
pie mulieris  
uox, filiū ad  
parricidium  
extimulatis.



uita & regno ab eo priuandum. His itaq; uerbis instimulatus, coepit insidias moliri, ut Kanutum occideret. Quod sentiens Nicolaus rex, conuocat uniuersos principes regni, deditq; operam, ut iuuenes dissidentes confederaret. Dissensionibus ergo ad pacem inclinatis, iurata sunt utrinq; foedera. Sed pactiones istae apud Kanutum firmę, apud Magnum dolis oblitę sunt. Statim enim ut ficta soliditate animum eius inuestigat, & omni suspicionis malo uacuum considerat, rogat Kanutum Magnus, ut occurrat sibi ad singulare colloquium. Dissuadet Kanuto uxor exitum, timens insidias, simul etiam exasperata somnio, quod pręterita nocte uiderat. Nec tamen uir fidelis retereri potuit, sed sicut laudatum fuerat, occurrit ad locum placiti, comitatus quatuor tantum uiris. Adest Magnus cum totidem uiris, amplexatumq; deosculatur nepotem, confederuntq; tractaturi negocia. Nec mora, surrexerunt insidię de latebris suis, percussumq; Kanutum interfecerunt, diuisoq; membratim corpore, crudelitatem etiam in mortuo exaturare gestierunt. Et multiplicatae sunt a die illa perturbationes et intestina bella in Dania, de quibus in consequentibus aliquantisper commorandum est, eo quod prouinciam Nordalbingorum uehementer attigerint. Audito autem sinistro hoc nuncio Lotharius Imperator, cum coniuge sua Rikenza, non modicę contristati sunt, eo quod corruerit uir Imperio amicitia coniunctissimus. Venitq; cum grandi exercitu prope ciuitatem Sleswiche, ad uallum illud notissimum Dinewerth, ulturus mortem funestam optimi uiri Kanuti. Confederat e regione Magnus, cum immenso Danorum exercitu, defensusque rus terram suam. Sed territus uirtute Teutonici militis, apud

*Laudatum  
usurpauit p  
arbitrio con  
dictum, sicut  
et laudum p  
arbitrio uel  
sententia ar  
bitrorum mul  
tis in usu est.*

*Magnus rex  
Danicę, pa  
truellem Ka  
nutum, Obo  
tritorum re  
gem, persi  
diose occidit.*

*Expeditis  
Lotharii Im  
peratoris cõ  
tra Magnum  
Danicę regē.*

pud Cæsarem immenso auro, & hominlo, impunitatem inde mptus est.

# De Erico, fratris Kanu

ti mortem uindicante, Cap. LII.

**V**idens ergo Ericus frater Kanuti, natus de concubina, quia refriguit Cæsaris ira, coepit armari in ultionem fraterni sanguinis, currensq; terra et mari congregauit multitudinem Danorum execrantium impiam caedē Kanuti. Sumptoq; regio nomine, coepit frequentibus bellis incurfare Magnum, sed superatus, sed fugatus est. *Ericus Kanuti fratris mortem ulcisci conatur, initio saepe uictus, tandem uictoria & regno Daniæ potitur.*  
 Vnde etiā Ericus Hasen uoeth, id est, pes leporis, propter fugam continuā appellatus est. Dania tādē exturbatus, confugit in ciuitatem Sleswiche. Illi autē memores bonorū quæ impenderat eis Kanutus, receperunt uirū, parati pro eo ferre mortem & exterminium. Quamobrem Nicolaus, & filius eius Magnus, praeceperūt omni populo Danorū, ut descenderent ad pugnam, Sleswiche, creuitq; obsidio in immensum. Porro lacus ille qui ciuitati adiacet, glacie concretus, peruius erat, impugnaueruntq; ciuitatē terra marique. Tunc Slesuicenses miserunt nuncios ad Comitē Adolwicensem, ut offerentes ei centum Marcas, ut cum gente Nordalbingorū ciuitati praesidio foret. Sed & Magnus tantundē obtulit, ut bello abstineret. Inter hæc Comes incertus quid ageret, cōsuluīt maiores prouinciæ. Illi consuluerunt, ciuitati subueniēdum, eo quod mercibus eius saepe potirent. Cōgregato ergo exercitu Adolfus Comes trāsijt Egdorā

*Adolphus Comes Nordalbingie, obsequis laturus auxilium, profigatur.*

*Sconia, pars Danie.*

*Magnus, rex Danie, Kanuti interfectus, et in acie interfectus.*

*Victoria Erici.*

fluuium, uisumq; ei fuit paululum subsistendum, quousq; uniuersus conueniret exercitus, eundumq; in terram hostilem cum diligenti cautione. Sed populus prædarum audus, retineri non potuit. Tanta festinantia præterlapsi sunt, ut uenientibus primis ad syluulam Thieucla, nouissimi Egdomam fluuium uix attingerent. Audito ergo Magnus, Comitibus aduentu, elegit de exercitu mille loricos, abiitq; in occursum exercitus qui exierat de Holzatia, et commisit cum eis prælium. Et fugatus est Comes, percussiq; populi Nordalbingorum attritione maxima. Comes autem, & quotquot fugerant de acie, reuersi per Egdomam saluati sunt. Magnus ergo potitus uictoria, reuersus est ad obsidionem, frustrato tamen labore: nam neq; ciuitate neq; hoste potitus est. Laxata enim hyeme pariter & obsidione, Ericus elapsus uenit in maritimam Sconiaë regionem, conquerens ubiq; innoxiam fratris cædem & proprias calamitates. Audiens ergo Magnus quia comparuit Ericus, accedente æstate, direxit expeditionem in Sconiam cum innumera classe. At ille confederat è regione stipatus accolarum licet breui numero. Soli enim Sconenses uniuersis Danis restiterant. Cum ergo Magnus in sacro die Pentecostes aciem urgeret ad congressum, dixerunt ad eum uenerabiles Pontifices: Da gloriam Deo cœli, & habe reuerentiam diei tantæ, & quiesce hodie, pugnaturus in crastinum. Qui monita contemnens, aggressus est prælium. Produxitq; Ericus exercitum suum, & occurrit ei in manu ualida. Ceciditque Magnus in die illa, percussa que sunt uniuersa Danorum agmina, à uiris Sconensibus & ad internecionem deleta. Et factus est Ericus ea uictoria insignis, & creatum est ei nomē nouum ut Ericus Enū, hoc



hoc est, memorabilis appellaretur. Porro Nicolaus rex senior naui elapsus uenit Sleswith, percussusq; est à uiris ciuitatis in gratiam uictoris. Vltusque est Dominus sanguinem Kanuti, quē interfecit Magnus, preuaricator iurandi quod iurauit. Et regnauit Ericus in Dania, genuitq; ex concubina Thunna filium nomine Suein. Sed & Kanuto erat filius nobilis Waldemar. Magnus quoq; genuit Kanutum. Remanseruntq; hæc regalia incrementa Danorum populis, in quibus exercerent, ne forte amisso usu præliandi quandoq; insolescerent. Solis enim ciuilibus bellis præpollent.

Pœna perit  
rj.

## De Pribizlao & Niclo-

to Slauorum Principibus, & de idolatria & alijs ritibus ac moribus Slauorum,  
Cap. LIII.

POSTQUAM ergo mortuus est Kanutus cognomento Lawardus rex Obotritorum, successerunt in locum eius Pribizlaus atq; Niclotus, bipartito principatu, uno scilicet Wagirēsium atq; Polaborum, altero Obotritorū prouinciam gubernāte. Fueruntq; hi duo truculentæ bestiæ, Christianis ualde infesti. Inualuitq; in diebus illis per uniuersam Slauiam multiplex idolorum cultura, errorq; superstitionum. Nam præter Lucos atq; penates, quibus agri & oppida redundabant, primi & precipui erant, Pro ue Deus Aldenburgēsis terræ. Siwa Dea Polaborum, Radigast Deus terræ Obotritorum. His dicati erant Flami

Pribizlaus  
& Niclotus,  
Slauorum  
Principes,  
Christianis  
infestissimi.  
Idola et sacri-  
ficia Slauorū  
Siwa Dea  
Polaborum,  
Radigast, Races-  
burgensium.

nes & sacrificiorū libamenta, multiplexq; religionis cultus. Porro solennitates dñs dicandas sacerdos iuxta sortium nutum denunciat, cōueniuntq; uiri & mulieres cum paruulis, mactantq; dñs suis hostias de bobus & ouibus, pleriq; etiam de hominibus Christianis, quorum sanguine deos suos oblectari iactitant. Post cāsam hostiam sacerdos de cruore libat, ut sit efficacior oraculis capeffendis. Nam sanguine Dæmonia facilius inuitari, multorum opinio est. Consummatis iuxta morē sacrificijs, populus ad epulas & plausus conuertitur. Est autem Slauorum mirabilis error; nam in conuiujs & compotationibus suis, pateram circumferunt, in quam conferunt, non dicam consecrationis, sed execrationis uerba, sub nomine Deorum, boni scilicet atque mali, omnem prosperam fortunam à bono Deo, aduersam à malo dirigi profitentes, id deo etiam malum Deūm sua lingua Diabol siue Zcerneboch, id est, nigrum Deum appellant. Inter multiformia autem Slauorum numina, præpollet Zuanteuith Dēus terræ Rugianorum, utpote efficacior in responsis, cuius intuitu ceteros quasi semideos æstimabant. Vnde etiam in peculium honoris annuatim hominem Christicolam, quem fors acceptauerit, eidē litare consueuerūt. Quin & de omnibus Slauorū prouincijs statutas sacrificiorum impenfas illo trans mittebant. Mira autem reuerentia circa fani diligentia affecti sunt; nam neq; iuramentis facile indulgent, neque ambitum fani uel in hostibus temerari patiuntur. Fuit præterea Slauorum genti crudelitas ingentia, saturari nescia, impatiens ocij, uexans regionum adiacentia terra marique. Quanta enim mortium genera Christicolis intulerint, relatu difficile est, cum his quidem

Slauī humanas hostias dñs suis etiā Helmodi tempore adhuc obtulerunt.

Zuanteuith Dēus Rugianorum.

Crudelitas Slauorum aduersus Christianos.

quidem uiscera extorserint, palo circumducentes, hos cruci affixerint irridentes signum redemptionis nostræ. Sceleratissimos enim cruci affigendos autumant: eos autem quos custodia mancipant pecunia redimendos tantis torturis & uinculorum nodis plectunt, ut ignorant uix opinabile sit.

# De ædificatione arcis

Segeberg, Cap. LIII.

**C**V Mergo inclytus Cæsar Lotharius, & reuerendissima coniunx eius Rikenze, plenam erga diuinum cultum curam gerent, adiit eum sacerdos Christi *Vilbardewig olim celebris* celinus, *urbs Saxoniae, non procul à Lunenburg.* Bardewich consistentem, & suggessit ei, ut Slauorum genti, secundum datam sibi cœlitus potentiam, aliquod salutis remedium prouideret. Præterea intimauit ei, quia in Wagirensi prouincia mons habetur aptus, cui propter tutelam terræ, regale possit castrum imponi. Nam & Kanutus rex Obotritorum olim *Supra ca. 50.* eundem montem occupauerat, sed miles illic positus immissa noctu Latrone captus est, dolo senioris Adolphi, metuentis se à Kanuto, si fortè inualesceret, facile posse premi. Imperator ergo audito Sacerdotis prudenti consilio, transmisit uiros idoneos, qui specularentur aptitudinem montis. Certior ergo factus uerbis nunciorum, transmissa amne uenit in terram Slauorum ad locum designatum. Præcepitque omni populo Nordalbingorū, ut *Lotharius Imperator profectus in Slauiam, arcem Segeberg exstruit.*



occurrerēt ad ædificationem castelli. Sed & Principes Sla-  
uorum aderant in obsequium Imperatoris, facientes ope-  
rationem, sed cum grandi tristitia, eo quod sentirent clam  
sibi suscitari pressuram. Dixit ergo quidam principum  
Slauorum ad alterum. Vides hanc structuram firmam, et  
præminentem? Ecce uaticinor tibi, quia castrum hoc e-  
rit iugum uniuersæ terræ. Hinc enim egredientes primū  
effringent Plūmen, deinde Aldenburg, atq; Lubeke, dein-  
de transgressi Trabenam Racesburg, & omni Polaberti  
terra abutentur. Sed neq; Obotritorum terra effugiet ma-  
nus eorum. Cui ille respondit: Quis nobis malum hoc pa-  
rauit, aut regi montem hūc quis prodidit? Ad quem prin-  
ceps. Vides, inquit, homūcionem illum caluum, stantem  
prope regem? Ille induxit super nos uniuersum malū hoc.  
Perfectum ergo est castrum, & numerofo milite commu-  
nitum, uocatumq; Sigeberg, posuitq; in eo quendam sa-  
tellitem suum Hermannum, qui castro præflet. Nec his  
contentus, ordinauit foundationem nouæ Ecclesiæ ad rad-  
ices eiusdem montis, deputans in subsidium diuini cultus,  
& stipendia fratrum illic adunandorum, sex uel eo ampli-  
us oppida, iuxta morem priuilegijs constabilia. Porro dis-  
pensationem eiusdem basilicę, commisit Domino Vicell-  
no, ut ædificijs suberigendis, & personis coadunandis in-  
staret propensius. Idem quoq; fecit de Lubecensi Eccle-  
sia, præcipiens Pribislauo sub obtentu gratiæ suæ, ut me-  
morati Sacerdotis, uel qui uicem eius egisset, plenam ge-  
reret diligentiam, proposuitq; ut ipse protestatus est, om-  
nem Slauorum gentem diuinæ religioni subigere, & de  
ministro Christi statuere Pontificem magnum.

*Sigeberg, id  
est mons ui-  
soria.*

# De obitu Lotharii Im-

peratoris, & bello inter generum eius Heinricum  
ducem Saxoniae, & Albertum Mar-  
chionem, Cap. LV.

**H**is ita peractis, Imperator ordinatis rebus tam Slavo-  
rum quam Saxonum, dedit ducatum Saxoniae Hein-  
rico genero suo duci Bauariae, quem etiam secum assu- scilicet con-  
mens parauit secundam profectiōem in Italiam. Interea tra Rogeriū  
Dominus Vicelinus legatiōis sibi creditae solers curator, qui Campani  
idoneas Euangelio personas ad opus ministerij consciuit, am ex Apuli  
ex quibus uenerabiles Sacerdotes Ludolfum, Herman- am occupaue  
num, Brunonem in Lubeke constituit, Luthmundum cū rat.  
ceteris Sigebert esse mandauit. Factumque est misericor-  
dia Dei, & uirtute Lotharij Caesaris, seminarium nouellae  
plantationis in Slauia. Sed accedentibus ad seruitutē Dei, Obitus Lo  
non desunt tentationes. Sic & patres nouellae Ecclesiae, tharij Impe  
per maximas inuenere iacturas. Imperator enim bonus, ratoris.  
cuius erga uocationem gentium uirtus probata, postquam  
Roma cum Italia potitus est, Rogerium quoque Siculum  
Apulia pepulit, cum iam redire pararet, immatura morte  
praeuentus est. Conturbati sunt hac fama omnes potesta-  
tes Imperij, uirtus quoque Saxonum tanto principe illustra- Luturæ, id  
ta, penitus concidisse uisa est: & in Slauia res Ecclesiasticæ est Keiserslu  
ex labefactatae sunt. Statim enim ut corpus defuncti Cæ- thern, mona  
saris perlatum est in Saxoniam, & Luturæ tumularum, stium, ab  
ortae sunt seditiones inter Heinricum regis generum & Imperatore  
Adelbertum Marchionem, contendentium propter du- Lothario sic  
dictum.

*Conradus* catum Saxoniz. Conradus autem rex in solium regni se-  
*Sueuus Impe* uatus, Adalbertum in ducatu firmare nisus est, iniustum  
*rator. Anno* esse perhibens, quenquam principum duos tenere ducatu-  
 1140.  
*Contentio et* tus. Nam Henricus duplicem sibi uendicabat principatu-  
*bellum Hein* tum, Bauariæ atq; Saxoniz. Bellabant ergo hi duo prin-  
*rici Ducis Ba* cipes, duarum sororum filij intestinis prælijs, & commo-  
*uariz & Sax* ta est uniuersa Saxoniz. Et quidem Adalbertus præripiēs  
*zoniz, cum* castrum Luneburg cum ciuitatibus Bardewich, atq; Bre-  
*Alberto Vrs* ma, occidentali Saxoniz potitus est. Sed & Nordalbingo-  
*fo Marchio-* rum fines partibus eius appliciti sunt. Quamobrem Co-  
*ne de ducatu* mes Adolpus prouincia pulsus est, eo quòd fidem iuratā  
*Saxoniz.* Imperatrici Rikenze & genero eius, temerare noluisset.  
*Adolfus iuni* Cometiam eius, urbes, & seruitia Henricus de Badwide  
*or Comes* beneficio Adalberti assecutus est. Sed & castrum Sige-  
*Nordalbin-* berg in custodiam accepit, mortuo scilicet Hermanno, &  
*gie, pulsus* cæteris exturbatis quos Cæsar imposuerat.  
*ab Alberto*  
*Vrfo Mar-*  
*chione.*

## De Pribizlao uastante

Nordalbingiam, & religionis Christianæ in  
 Slauiā impedimentis, Cap. LVI.

*Monasteriū*  
*cum templo*  
*Sigebergensi*  
*exersum &*  
*exustum à*  
*Pribizlao*  
*Sauorum*  
*principe.*

**H**Is ergo turbulentijs per Saxoniam usquequaque  
 concitatis, Pribizlaus de Lubeke occasionem na-  
 ctus, assumpta Latronum manu, suburbium Sigeberg  
 & omnia circumiacentia, in quibus Saxonum erant con-  
 tubernia, penitus demolitus est. Ibi oratorium nouum &  
 Monasterij recens structura igne consumpta sunt. Vol-  
 ckerus



ekerus frater magnæ simplicitatis, ictu gladij percussus  
 est. Cæteri fratrum qui euaserant, ad Falderensem por-  
 tum refugerunt. Ludolfus autem sacerdos & qui cum eo  
 Lubeke demorati sunt, ea ualitate non sunt dissipati, eo  
 quod in castro et tuitione degerent Pribizlaui, stantes uti  
 queloco & tempore difficili & pleno formidine mortis. *Lubeke ue-*  
 Præter eestatem enim & quotidiana uitæ pericula coge- *tus, funditus*  
 bantur aspicere uincula & uaria tormentorum genera *euerfa ab ho-*  
 Christicolis illata, quos Latronum manus passim capti. *stibus Pribi-*  
 uare solebat. Non multo post uenit quidam Race, de se- *zlai, posteris*  
 mine Cruconis cum classica manu, arbitratus se ho- *Crittōis seu*  
 stem suum Pribizlaum reperturum Lubeke. Duæ *Cruconis.*  
 enim cognationes, Cruconis atque Heinrici propter prin-  
 cipatum contendebant. Cum ergo Pribizlaus adhuc for-  
 tunatus esset, Race cum suis castrum & circumiacen-  
 tia demoliti sunt. Sacerdotes inter arundineta saluati,  
 Falderense præsidium apprehēderunt. Venerabilis ergo  
 Sacerdos Vicelinus, cæterique prædicatores uerbi, gra-  
 ui mœsticia confecti sunt, eo quod nouella plantatio in  
 ipsis inijs emarcuerit, continueruntque se in Falderen-  
 si Ecclesia, orationibus & ieiunijs assidue intenti. Quan-  
 ta uero austeritate, quanta ciborum temperantia, omni-  
 que conuersationis perfectione Falderense illud colle-  
 gium primitus clauerit, non satis explicari potest.  
 Dedit ergo eis DOMINVS gratiam sanitatum,  
 iuxta quod ipse pollicitus est, Infirmos sanare, Dæ- *Vicelinus &*  
 mones effugare. Quid enim dicam de arreptitijs *socij, dono sa-*  
 Obsefforum, qui late aduecti sunt, plena erat do- *nandi egros,*  
 mus, ita ut fratres quiescere non possent, clamantes *& expellen-*  
 sanctorum uirorum præsentia ignes suos accendi. Sed *di demonie*  
 claruerunt.

*Historia de  
demonio ex  
uirgine qua-  
dam eiecto,  
per Vicclmū.*

quis illuc uenit, & Dei gratia liberatus non est? In diebus illis contigit uirginem quandam, Ymme dictam, uexari a Dæmone, & ad Vicelinum Sacerdotem perducī. Quem cum interrogationibus urgeret: Cur uas incorruptum imple autor corruptelæ, temerare præsumpisset: ille diserta uoce respondit, Quia, inquit, tertio me offendit. In quo, ait, te offendit? Quia, inquit, negocium meum præpediuit. Bis enim transmissi fures ad perfodiendum domum, sed hæc absidens focus, clamoribus suis eos absterruit. Nunc quoq; legatione principis nostri in Daniā functurus, hanc in uia offendi, ulturusq; quod mihi tertio offendiculo fuerit, subter ipsam deuolutus sum. Sed cum uir Dei coniurationum uerba aduersus eum coaceruaret, ille: Cur, inquit, propellis paratum ultro egredi? Iam enim abibo ad proximam uillam uisitaturus sodales meos, qui ibi delitescunt. Hoc etenim in mandatis accepi, priusquam in Daniā proficiscar. Quod tibi, ait, nomen? et qui socij tui? aut cum quibus habitant? Ego, inquit Rufinus uocor: porro sodales mei, de quibus requiris, duo hîc sunt, Vnus cum Rothesto, alter cū muliere quadam eiusdem oppidi. Hos ergo hodie uisitabo, Crastina priusquam signum Ecclesiæ Primam increpuerit, huc ualedicturus reuertar, et ita demum in Daniā proficiscar. Et hæc dicens egressus est: Virgo quoq; passione uexationis liberata. Tunc iussit eam sacerdos refici, & crastina ante horam Primæ, ad Ecclesiam reduci. Quam cum parentes proximo mane ad ecclesiam ducerent, priusq; limen calcarent, & prima pulsari, & uexari uirgo cœpit. Nec tamen boni pastoris diligentia prius abstitit, quam spiritus, præidentis potentia Dei actus, abscessit. Porro ea quæ de Rothesto prædixerat, rei exitus

exitus probauit : nam in breui maligno spiritu acerrimè correptus, laqueo semet strangulauit. In Dania quoque occiso Erico perturbatio grauis erupit, adeo ut oculis probari potuerit magnum eo Diabolum aduentasse in afflictionem gentis illius. Bella enim, & tempestates, pestilentias & cætera humano generi inimica, dæmonum ministerio fieri quis nesciat?

# De mutuis incurfationi

bus Slauorum & Hollatorum, & de compositione  
inter Heinricum & Adolphum contendentes  
de Comitatu Nordalbingiæ,  
Cap. LVII.

**A**gitabantur autem, sicut in Dania, sic & in Saxonia  
uariæ bellorum tempestates, intestina scilicet præ-  
lia magnorum principum Heinrici Leonis, & Adalberti, *slauū uastant*  
contententium propter ducatum Saxoniam. Super omnia *Hollatiam.*  
autem Slauicus furor propter occupationes Saxonum,  
ueluti ruptis loris efferuescens, Holzatorum fines inquieta-  
bat, adeo ut Falderensis pagus iam penè in solitudinem re-  
digendus esset, propter quotidianas interfectiones homi-  
num, uillarumque deprædationes. Inter has tribulationum  
angustias, Vicelinus sacerdos hortabatur populum in *Heinricus de*  
Deo spem suam constituere, agere litanias, in ieiunio & *Badeuui Co*  
attritione cordis, eo quòd dies mali instarent, Henricus *mes Nordal*  
itaque qui Cometiam administrabat, uir oclij impatiens, & *bingia, uicif-*  
strenuus in armis, congregato latenter de Holzatis & *sim uastat*  
*Slauiam.*



Sturmarijs exercitu, hyemali tempore intrauit Slauiam, aggressusq; eos qui præ manibus erant, & quasi fudes de fixæ in oculis Saxonum, percussit eos plaga magna, omnem scilicet terram Plunensem, Luthilenburgensem, Al-

*Holfati uindi  
cantes se de  
Slauis, arcem  
Plunensem  
capiunt.*

*\*  
Nepotē abu-  
sue pro so-  
brino dixit,  
Fuerūt enim  
duarum sor-  
rū filij Hein-  
ricus Leo, &  
Marchio Ad-  
albertus Vr-  
sus, uide su-  
prā cap. 30.*

*Adolfus iuni-  
or, Nordal-  
bingie Comi-  
tatum recu-  
perat.*

*Arx Ham-  
burgensis &  
Sigebergensi-  
sis exurritur.*

denburgensem, omnemq; regionem quæ inchoat à riuo Sualen, & clauditur mari Balthico, & flumine Trabena. Omnem hanc terram una incursione, præda, & incendio uastauerunt, præter urbes quæ uallis & seris munitæ, obsidionis propensius studium perquirebant. Proxima æstate Holfati se mutuo adhortantes etiam sine Comitæ castrum Plunen adierunt, diuinoque adiuti præsidio munitionem hanc cæteris firmiorem, præter spem obtinuerunt, Slauis, & qui inibi erant, occisioni traditis. Gesseruntque eo anno bellum perutile, uastaueruntque crebris incursibus terram Slauorum, feceruntque eis ut sibi facere proposuerant, omni terra eorum in solitudinem redacta. Habueruntque Holzati pro omine bellum illud Transalbianum Saxonum, eo quod inuenissent libertatem ulciscendi se de Slauis, nemine scilicet obistente. Nam principes, Slauos seruare solent tributis suis augmentandis. Postquam ergo Heinrichus gener Lotharij regis, auxilio socrus Rikenze Imperatricis ductatum obtinuit, & nepotem \* suum Adalbertum Saxonia deturbauit, Adolfus Comes rediit in Comitiā suam. Videns autem Heinrichus de Badewid, quia subsistere non posset, succedit castrum Sigeberg, arcemq; firmissimam Hāmenburg, quam Comitis Adolphi mater muro toto opere construxerat, ut esset firmamentum urbi cōtra impetus Barbarorum. Hanc ergo domum, & quicquid nobile senior Adolfus construxerat, Heinrichus fugam meditans,

dicans, demolitus est. Post hæc Heinricus Leo cœpit ar- *Heinricus*  
 mari aduersus Conradum regem, duxitq; contra eum ex *Leo, dux Ba-*  
 ereitum in Thuringiâ, ad locum qui dicitur Cruceburg. *maria & Sa-*  
 Bello itaq; per inducias protracto, dux rediit in Saxoniam, *xonia, Con-*  
 & post non multos dies mortuus est. Obtinuitq; filius e- *rado Impera-*  
 ius Heinricus Leo ducatum Saxoniam, puer adhuc infan- *tori se oppo-*  
 tulus. Tunc Domina Gertrudis, mater pueri, dedit Hein- *Heinricus*  
 rico de Badewid Wagirësum prouinciam, accepta ab eo *Leo mori-*  
 pecunia, uolens suscitare pressuras Adolfo comiti, eo *tur, cui filius*  
 quod non diligeret eum. Postquam autem eadem Domi- *Heinricus*  
 na nupsit Heinrico fratri Conradi regis, & alienata est à *Leo succedit.*  
 negocijs ducatus, accessit Adolfus Comes ad ducem pue-  
 rum, & consiliarios eius acturus causam suam super Wa-  
 girenſi terra, preualuitque & iustiori causa & auctiori pe-  
 cunia. Dissensiones ergo, quæ fuerunt inter Adolfum &  
 Heinricum, taliter compactæ sunt, ut Adolfus Sigeberg  
 & omni Wagirorum terra potiretur, Heinricus in recô-  
 pensationem acciperet Racesburg & terram Polabo-  
 rum.

## De ædificatione ciuita-

tis Lubicensis, per Comitem Nordal-  
 bingiæ Adolphum,  
 Cap. LVIII.

**H**IS uero in hunc modum ordinatis, Adolfus cœ-  
 pit reædificare castrum Sigeberg, cinxitq; illud  
 muro, Quia autem terra deserta erat, misit nuncios *Adolphus*  
*Comes, dele-*  
*tis in Vuagi-*  
*renſi terra*  
*Slauis, collo-*  
*cat in locum*  
*eorum Holsa-*  
*tios, Frisios,*  
*& alios Ger-*  
*manos.*

in omnes regiones, Flandriam, & Hollandiam, Traiectū,  
Westphalam, Fresiam, ut quicuncq; agrorum penuria ar-  
ctarentur, uenirent cum familijs suis, accepturi terram op-  
timam, terram spaciosam, uberem fructibus, redundan-  
tem pisce & carne, & commoda pascuarum gratia. Di-  
xitq; Holzatis & Sturmarijs : Nonne uos terram Slauo-  
rum subegistis, & mercati eam estis in mortibus fratrum  
& parentum uestrorum? Cur ergo nouissimi uenitis ad  
posidendum eam? Estote primi & transmigrate in terrā  
desiderabilem, & incolite eam, & participamini delicijs e-  
ius, eo quod uobis debeatur optima eius, qui tulistis eam  
de manu inimicorum. Ad hanc uocem surrexit innumera  
multitudo de uarijs nationibus assumptis familijs cum fa-

Lubecanos  
ua, olim ins  
choata à Cru  
cone seu Crit  
tone, sed mor  
te eius deser  
ta, Nunc ues  
ro ab Adols  
pho Nordal  
bingia Comi  
te demum cō  
dita, & tan  
dem ab Hein  
rico Leone  
Saxonie Du  
ce perfecta,  
ut infra se  
quitur, cap.  
36.

cultatibus, uenerunt in terram Wagirensium ad Comi-  
tem Adolsum, possessuri terram quam eis pollicitus fue-  
rat. Et primi quidem Holzatenses acceperunt sedes in lo-  
cis tutissimis ad occidentalem plagam Sigeberg, circa flu-  
men Trabenam; Campestria quoq; Zwentineueld, &  
quicquid à riuo Sualen usq; Agrimelon, & lacum Plunen-  
sem extenditur. Dargunensem pagum Westfali, Vtinē-  
sem Hollandi, Susle Fresi incoluerūt. Porro Plunensis ad  
huc desertus erat. Aldenburg uero & Lutilenburg, & cæ-  
teras terras mari contiguas dedit Slauis incolendas, facti  
que sunt ei Tributarij. Post hæc uenit Comes Adolfus ad  
locum qui dicitur Bucu, inuenitq; ibi uallum urbis desola-  
tæ, quam ædificauerat Cruco olim tyrannus, & insulam  
amplissimam, gemino flumine cinctam. Nam ex una par-  
te Trabena, ex altera Bochniza præterfluit, habens uter  
que paludosam & inuiam ripam. Ex ea uero parte, qua  
terrestre iter continuatur, est collis contractior, uallo ca-  
stri



stri præstructus. Videns ergo industrius uir competentiam loci, portumq; nobilem, cœpit illic ædificare ciuitatem, uocauitq; eam Lubeca, eo quòd non longè abesset à ueteri portu & ciuitate, quàm Heinricus princeps olim constituerat. Transmisitq; nuncios ad Niclotum Obotri *Lubeca uenit.* torum principem, componere cum eo amicitias, omnes nobiliores donarijs sibi adeo adstringens, ut omnes ei obsequi, & terræ eius compacare certarent. Cœperunt ergo inhabitari deserta Bagirēsis prouinciæ, & multiplicabatur numerus accolarum eius. Vicelinus quoq; sacerdos inuitante pariter & adiuuante comite prædia recepit, quæ Lotharius Imperator ad constructionem monasterij & subsidium seruorum Dei iam olim ipsi coram castro Sigeberg contradiderat.

# De translatione mona=

sterij Sigebergensis in Cuzelinam,  
Cap. LIX.

**V**lsu autem fuit eis propter incòmoda fori, & tumultus castrenses, monasterium in proximo oppido, quod Slauiçè Cuzalina, Teutonicè Hagerestorp dici- *Translatio Sigebergensis monaste- rij.* tur, fundatione commodissimum esse, misitq; eo uenerabilem Sacerdotem Volckwardum cum industrijs uiris, qui oratorio & claustralibus officinis subrigendis operæ darent. Porro forensis Ecclesia, in curam Parochiæ, ad radicem montis posita est. In diebus illis nobilissimus uir Thethmarus, Domini Vicelini quondam discipulus, &

in studio apud Franciā socius, relicta prębenda et decania Bremensi, deuouit se Falderensi collegio, uir contemtor huius seculi, sectator uoluntarię paupertatis, & in spirituali conuersatione summę perfectionis. Cuius per omnia extollenda sanctitas, tanto humilitatis culmine, & benignitatis uigore subnixa erat, ut uideres inter homines angelum, scientem compati infirmitatibus singulorum, tentatum autem per omnia. Destinatus post hæc Hagerestorph quę & Cuzelina, cum alijs fratribus, hominibus nouę transmigrationis magno solatio fuit. Dominus quoq; Vicelinus nouellę Ecclesię sibi commissę solers curator, omni studio enisus est, ut Ecclesię locis opportunis ædificarentur, prouidens eis de Faldera tam Sacerdotes quàm reliqua Altaris utensilia.

# De beato Bernardo

Abbate Clareuallensi  
Cap. LX.

**C**IRCA tempora dierum illorum ortę sunt res nouę, & toti orbi stupendę. Præsidente enim sanctissimo Papa Eugenio, Conrado quoq; Tertio gubernacula regni moderante, clauit Bernardus Clareuallensis Abbas, cuius fama tanta signorum fuit opinione celebris, ut de toto orbe conflueret ad eum populorum frequentia, cupientium uidere quę per eum fiebant mirabilia. Hic itaque egressus in Teutonicam terram, uenit ad celebrem

9. Bernhardus, miraculis claruit.

celebrem curiam Franckenuordt, quo tunc fortè Rex Conradus cum omni principum frequentia festiuus occurrerat. Cum ergo sanctus uir in Ecclesijs positus curandis ægrotis in nomine Domini propensius instaret, astante Rege & summis potestatibus, incertum erat inter tantas populorum cateruas, quid quis pateretur, aut cui fortè subueniretur. Aderat illic Comes noster Adolphus, certius nosse cupiens ex operatione diuina uirtutem uiri.

S. Bernbardus, Francfordiam ueniens, Imperatori Cōrado Sueuo, & Principibus persuadet, ut expeditionē in Asiam contra Saracenos suscipiant.

Inter hæc offertur ei puer Cæcus & Claudus, cuius debilitatis nulla potuit esse dubitatio. Cœpit ergo uir sagacissimus intentare solerter, si fortè posset in hoc puero, sanctitatis eius experimentum capere. Cuius incredulitati, ueluti diuinitus edoctus uir Dei, remedium prouidens, puerum præter morem iussit sibi applicari, cæteros enim uerbo tantum consignauit: Hunc uero exhibitum, manibus excepit, oculisque morosa contrectatione uisum restituit: Deinde genua contracta corripiens, iussit eum currere ad gradus, manifesta dans indicia, recuperati tam uisus quàm gressus. Cœpit sanctus ille, nescio quibus oraculis edoctus, adhortari Principes, cæterasque fidelium plebes, ut proficiscerentur Hierusalem, ad comprimendas, & Christianis legibus subigendas Barbaras Orientis nationes, dicens, appropinquare tempora quo plenitudo Gentium introire debeat, & sic omnis Israël saluus fiat. Protinus ad uerba exhortantis, incredibile dictu est, quanta populorum caterua se ad profectionem eandem deuouerint, in quibus primi & præcipui erant, Conradus rex, Frethericus

S. Bernbardus puerum cæcum & claudum Francfordie significauit.



*Expeditio  
Conradi Im-  
peratoris &  
Ludouici  
regis Gallia,  
in Asiam.*

*Tres exerci-  
tus Crucefi-  
gnatorum.*

Sueuiæ Dux, qui postea regnavit, Welph dux, cum Episcopis & Principibus, militia nobilium & ignobilium, uulgariumq; numero æstimationem excedēte. Quid dicam de Teutonicorum exercitu, cū & Ludouicus Parisiorum rex, & omnis Francigenarum uirtus, in id ipsum aspserint. Non est recognitum uicinis temporibus, nec auditum à diebus seculi, tantum conuenisse exercitum, exercitum, inquam, grādem nimis. Fuerūtq; signati titulo crucis, in uestibus & armatura. Visum autem fuit autoribus expeditionis, partem exercitus unam destinari in partes orientis, alteram in Hispaniam, tertiam uero ad Slauos, qui iuxta nos habitant.

## De miserabili interitu ex

ercituum Imperatoris Conradi, & Ludouici regis Gallia, in Asia, Cap. LXI.

*Profectio Im-  
peratoris Cō-  
radi & regis  
Gallia in Asiam.*

**P**Rimus ergo, qui & maximus, abiit terrestri itinere cum rege Alemanno Cōrado, & rege Francia Ludouico, & præcipuis utriusq; regni Principibus, trāsieruntque regnum Vngaria, quousq; peruenirent prope fines Græciæ. Miseruntq; legatos ad regem Græciæ, ut daret eis conductum, mercatumq; transire cupientibus terrā eius. Ille licet admodum territus, annuendum tamen decreuit, siquidem pacifici uenissent. Cui remandauerunt, se nihil inquietudinis moliri, qui propter ampliandos fines pacis, peregrinationem ultroneam assumpserint. Dedit ergo eis rex Græciæ iuxta placitum, conductum, forq; abundans

abundans rerum uenaliū, ubicunq; castra locanda fuissent. Multa uero portēta uisa sunt in exercitu illis diebus, futuræ cladis demonstratiua. Quorum uel præcipuum fuit, quod uespere quodam nebula densissima cooperuit castra, qua recedēte, uniuersa papilionum tegmina, uel quę sub diuo fuerant, adeo sanguine resperfa comparuerunt, ac si nimbus ille sanguinem compluerit. Quod uidēs rex, ceteriq; principum, coniecerunt, se ad maximos labores & mortium pericula euocatos. Nec fefellit eos coniectura. Non enim multo post, uenerunt in montana quędam, ubi cum inuenissent uallem pratis riuoq; decurrente cōmodissimam, metatisunt castra ad deuexum montis latus. Porro iumenta oneraria, cum bigis & quadrigis, uictualia sarcinasq; militum portantibus, armentorum quoque in carnis esum ingens numerus, in uallis medium collocata fuerant, prope decursum aque, & pascuarum comoda. Appropinquante uero nocte, audita sunt in montis supercilio fragor tonitruum sonitusq; tempestatis; tum ecce noctis medio nescio an nubium eruptione, uel quo euentu torrens ille auctior erumpens, quicquid uallis humilior habuit in hominibus & iumentis, in momento eluit & in mare proiecit. Hanc ergo primam exercitus iacturam exceperunt milites peregrinationis illius. Ceteri qui residui fuerant, perrexerunt cōcepto itinere, transerunt q; Græciam, peruenerunt ad regiā urbem Constantinopolim. Qua per dies aliquot recreato exercitu, uenerunt ad sinum maris, qui uulgari more dicitur Brachium sancti Georgij. Ibi prouiderat eis rex Græcię naues ad transducendum exercitum, adhibens notarios, qui expeditorum sibi numerum referrent. Quo relecto, grauiter

*Prodigium.*

*Prima clades exercitus, ab aquarū proluie.*

*Vox imperatoris Constantiniopolitani, de exercitu regum Cōradī & Ludouici.*  
 ingemuit, & ait: Quare eduxisti Dñe Deus populum hūc multū de sedibus suis? Verē brachio uirtutis tuę indigent, ut iterę uideāt terrā desiderabilē, terrā, inquam, natiuitatis suę. Transmisso ergo mari, Ludouiscus Rex Franciæ direxit iter uersus Hierosolymam, & pugnantibus secum Barbaris uniuersum perdidit exercitum. Quid dicam de Rege Alemanię, & his qui cum eo fuerant? Vniuersi

*Ludouicus Gallie rex, uictus à Saracenis in Syria.*  
 perierunt siti & fame, transducti in desertum maximum, dolo legati Regis Græcię, qui eos in fines Persarum ducere debuerat. Adeo contabuerunt fame & siti, ut incurfantibus Barbaris ultro ceruices præbuerint. Rex & ualidiores quicq, qui neci superfuerant in Græciā refugerunt.

*Miserabilis interitus exercitus Imperatoris Cōradī, pereuntis fame & siti.*  
 O iudicia excelsi. Tanta fuit clades exercitus & miseria inexplicabilis, ut eorum qui interfuerunt adhuc hodie lachrymis deplangatur.

## De urbe Hispaniæ Læ-

cebona seu Vlyssippone expugnata a secundo  
 Crucesignatorum exercitu, Cap.

LXII.

**S**ECUNDUS uero naualis exercitus, Colōnia & alijs ciuitatibus Rheni cōflatus, præterea littore fluminis Moseræ, nauigare cœperunt latissimā Oceani spacia, quousque uenirent Britanniam. Vbi per aliquot dies refartita classe, non modica etiam Anglorum & Britannorum adiecta



adiecta manu torserunt uela uersus Hispaniam, applicueruntq; ad Portugalsensem nobilissimam Galatiæ urbem, adoraturi apud sanctum Iacobum. Rex ergo Galatiæ lator effectus de aduentu Peregrinorum, rogauit, ut si propter Deum pugnaturi exissent, fierent sibi auxilio contra Lacebonam & eius incolas, qui fines Christianos inquietabant. Cuius petitioni fauente abierunt Lacebonam cum magna nauium copia: Rex quoq; terrestri accedens itinere ualidum adduxit exercitum, & obsessa est ciuitas terra marique. Multum ergo temporis effluxit in obsidione ciuitatis. Ad ultimum capta ciuitate, pulsique Barbaris, rex Galatiæ rogauit peregrinos ut darent sibi ciuitatem uacuum, diuisa prius inter eos socialiter præda. Factaq; est illic Christicolarum Colonia, usq; in præsentem diem. Hoc solum prosperè cessit de uniuerso opere, quod peregrinus patrauit exercitus.

*Galatiā uocauit quam nūc Galliciam nominant.*

*Lacebona que nunc Lybona, obsessa & capta à Christianis.*

## De tertio cruce signato

rum exercitu, profecturo aduersus Slauos,  
& Principem eorum Niclotum, Cap. LXIII.

**T**ertius signatorum exercitus deuotauerūt se ad gentem Slauium, Obotritos scilicet & Luticios, nobis confines, ulturi mortes & exterminia quæ intulerūt Christianicis, præcipuè uero Danis. Huius uero expeditionis capitanei erāt, Albero Hamenburgeris & uniuersi Saxonie Episcopi: præterea Heinricus dux adolescens, Conradus dux est.

*Scilicet Saxonie dux, qui etiam Leo cognominatus est.*

de Zaringe, Adalbertus Marchio de Saltwildele, Conradus de Within. Audiens ergo Niclotus quia congregandus esset in breui exercitus ad destruendum eum, conuocauit uniuersam gētem suam, & cœpit ædificare castrum *Dubin*. Dubin, ut esset populo refugium in tempore necessitatis. Direxitq; nuncios ad comitem Adolfum, commonens eum fœderis quod pepigerant, simul etiam rogans præberi sibi facultatem colloquendi ei & consilio participandi. Cumq; Comes renueret dicēs, hoc incautum sibi propter offensam principum, ille mandauit ei per nuncios dicens: Decreueram quidem esse oculus tuus & auris tua in terra Slauorum, quam incolere cœpisti, ne quas patere ris molestias Slauorum, qui olim Wagirensium terram possederūt, et causantur se priuatos iniuste hæreditate patrum suorum. Quare ergo dissimulas amicum in tempore necessitatis? Nonne tentatio probat amicum? Hactenus continui manus Slauorum, ne læderent te, nunc tandem libet retrahere manum, & permittere te tibi met, eo quod fastidieris amicum tuum, nec recordatus fueris fœderis, & negaueris mihi faciem tuam in tempore necessitatis. Dixeruntq; nuncij Comitum ad Niclotum: Quod Dominus noster hac uice non loquitur tibi, impedit ea quam nosti necessitas. Habe ergo adhuc gratiā fidei & sponsionis tuæ erga Dominum nostrum, ut si uideris cōtra eum bella Slauorum clam consurgentiā, præmunias eum. Et promisit Niclotus. Dixit ergo Comes habitantibus terræ suæ, habete cautelam iumentorum & substantiarum uestrarum, ne forte rapiātur à furibus uel latronibus; de publicouero periculo meū erit prospicere, ne qua improuisi exercitus incurusione inuolyamini. Putabat enim uir sapiens,

*Niclotus Adolphum Comitem ad colloquium euocauit, quo negotio hostilitas in eum uertitur.*

plens,repentinas bellorum iacturas sese consilio conclusisse, sed res aliter cesserunt.

# De nauib. Lubicæ com

bustis, & terræ Vuagirensis uastatione per  
Nicolotum, Cap. LXIII.

**S**Entiens enim Nicolotus irreuocabilem esse iuratae expeditionis profectioem, clam parat naualem exercitum transmissosq; freto applicat classem ad ostium Trauenæ, percussurus omnem Wagirensium prouinciā. *Nicolotus cū Slauis præuēturus hostes,*  
priusq; Saxonum exercitus infunderetur suis terminis. *Transmisitq; uespere nuncium Sigeberg,* eo quod promississet Comiti, præmunire eum, sed superuacua legatione: *Comes quippe defuit, & non erat tempus congregandi exercitum. Illucescente ergo die qua Sanctorum Iohannis, & Pauli passio ueneranda celebratur, descendit naua-  
lis Slauorum exercitus per ostium Trauenæ. Et ciues Lubicæ & urbis audito murmure exercitus, inclamauerūt uiros urbis dicētes: Audiuius uocem clamoris maximi, quasi uocem superuenientis multitudinis. Miseruntq; ad ciuitatem & ad forum nunciare eis imminens periculum. Sed populus multa potatione ebrius neq; strato neq; nauibus admoueri potuit, quousq; hostibus circumuallati, naues mercibus onustas iniecto igne perdiderunt. Interfectiq; sunt illic eo die ad trecentos & eo amplius uiros. Rodolphus sacerdos & Monachus dum fugeret ad castrum, præuentus à Barbaris, mille uulneribus confossus à Slauis.*



est. Porro hi qui in castro erant, biduo atrocissimam obli-  
dionem pertulerunt. Duæ quoq; equitum Turmæ omnē  
Bagirensum terram peruagātes, quicquid in suburbio  
Sigeberg reppererunt, demoliti sunt. Pagū quoq; qui Dar-  
gune dicitur, & quicquid infra Trauenam à uiris West-  
phalis, Hollandis, cæterisq; extraneis populis incultum  
fuerat flamma uorax absumpsit. Feceruntq; cædes uiroꝝ  
fortium, qui forte armis oblistere tentassent, & duxerunt  
uxores eorum & filios in captiuitatem. Peperceruntq; ui-  
ris Holzatensibus qui habitant ultra Trauenam ad occi-  
dentalem plagam Sigeberg, substitueruntq; in agris oppi-  
di Cuzaling, & non adiecerūt ultra progredi. Villas præ-  
terea quæ erant in campestribus Zwentineuelde, & ex-  
tenduntur à riuo Sualen, usq; ad riuum Agrimeson, & la-  
cum Plunensem, non deualtauerant Slaui, nec quicq; at-  
tigerunt de substantijs hominum illic degentium. Sermo  
fuit eo tempore omnium ore pertritus, quosdam Holza-  
tensium, hoc perturbationis malum conflasse propter o-  
dium aduenarum, quos Comes latè congregauerat ad in-  
colendam terram. Vnde etiam cōmunis iactura soli Hol-  
zati extorres inuenti sunt. Sed & Vtinenlis ciuitas adiu-  
ta locorum firmitate saluata est.

Οὐδ' ἂν  
βούς ἀπό-  
λοιτ', εἰ μὴ  
χίτων κα-  
κός ἐ'η. Πᾶ-  
μακακός  
εἶπεν,

## De Gerlao Sacerdote

& Frisiis in oppido Susle, Slauorum oppugnatio-  
nem fortissime sustinentibus,

Caput LXV.

Rem

**R**Em dicā posteritatis memoria dignam. Quando Sla-  
 ui Bagirensium terra ad libitum abusi nouissimè  
 uenerunt ad pagum Susle, uastaturi Fresonum Co-  
 loniam, quæ illic erat, quorum numerus ad quadringen- *Frifij uix cē*  
 tos & eo amplius uiros supputatus fuerat. Aduentatibus *tum numero,*  
 autem Slaus uix cētum reperti sunt in munitiuncula, cæ- *oppugnatio*  
 teris in patriam reuersis, propter ordinandum peculium *nem trium*  
 ibi relictum. Succensis ergo quæ foris erant, uideres his *millium Sla*  
 qui in muntione erant, grauissimam inferri expugnatio- *uorum, forti*  
 nis iacturam. Tota enim die tribus milibus Slaudum for- *ter sustinent*  
 titer impugnati sunt, illis quidem uictoriam præsumenti- *& propul-*  
 bus ueluti indubiam, his uero supremum spiritum pu- *sant.*  
 gnæ dilatione redimentibus. Sed cum uiderent Sla-  
 ui, quia uictoria non cederet eis incruenta, promit-  
 tunt Fresonibus uitam, & membrorum integritatem, si  
 munitione progressi dedissent arma. Cœperunt ergo *Oratio Ger*  
 quidam ex obsessis appetere deditionem, ob spem uitæ, *loui presby*  
 Quos arguens fortissimus sacerdos: Quid est, inquit, ô ui- *teri dissua*  
 ri quod agere uultis? Putatis uos deditione uitam redime- *dentis dedi*  
 re, aut barbaris fidem inesse? Fallimini uiri compatrio- *tionem.*  
 ta. Sulta est hæc opinio. An nescitis quia in omni aduena-  
 rum genere, apud Slaus nulla gens detestabilior Fresis?  
 Sanè fœtet eis odor noster. Quare ergo abiicitis animas  
 uestras, ultro properantes ad interitum? Contestor uos  
 per Deum factorem orbis, cui non est difficile saluare in  
 paucis, ut adhuc paululum experiamini uires uestras, &  
 cōferatis manus cum hostibus. Quamdiu enim uallo hoc  
 circumdamur, sumus manuumstrarum & armaturæ  
 compotes, uita nobis in spe sita est: inermibus uero præter  
 ignominiosam mortem reliquum nihil est. Gladios ergo

*Nimicatio  
Gerlauri sa-  
cerdotis Eri-  
sij.*

uestros quos ultro sibi expetunt, mergite prius in medul-  
lis eorum, & estote ultores sanguinis uestri. Hauriant gu-  
stum audaciæ uestrae, nec uictoria redeant incruenta. Et  
hæc dicēs, ostendit eis magnanimum spiritum, obiectus-  
que portis cum uno tantum uiro, hostium cuneos propu-  
lit. Percussitq; manu propria ingentem Slauorum nume-  
rum. Excusso deniq; uno oculo & uentrem perfossus, ni-  
hil remissius egit in pugna, diuinum quoddam robur tam  
in animo quàm in corpore præferens. Nihil itaq; melius à  
notissimis illis filijs Saruia, uel à Machabeis quondam pu-  
gnatum est, quàm à sacerdote Gerlaur, uirisq; perpaucis  
in castro Susle, defenderuntq; munitionem de manu ua-  
statorum. His auditis Comes congregauit exercitum, ut  
pugnaret cum Slauis, & eijceret eos de terra sua. Quo ru-  
more comperto, Slaui redierunt ad naues & abierunt o-  
nusti de captione hominum, & de uaria supellectile, quæ  
prædati fuerant in terra Wagirorum.

## De inani exitu expedi-

tionis contra Niclotum & Slauos  
susceptæ, Cap. LXVI.

*Dubín et De-  
min munitio-  
nes Slauorū  
obfesse ab ex-  
ercitu Chris-  
tianorum.*

**I**Nterim uolat hæc fama per uniuersam Saxoniam &  
Westphaliā, quia Slauī facta eruptione bellum prio-  
res adorsi fuerint, & festinauit omnis illa expeditio signo  
crucis insignita, descendere in terram Slauorum, & zela-  
re iniquitatem ipsorum. Partitoq; exercitu, duas munitio-  
nes obsederunt, Dubín & Dimin, & fecerunt contra eas  
machinas



machinas multas. Venit quoque Danorum exercitus, & additus est his qui obsederant Dubin, & creuit obsidio. Vna ergo dierum, considerantes ij qui tenebantur inclusi, quia Danorum exercitus segnus ageret (ij enim domi pugna-  
*Dani casta*  
*Slavis, erup*  
*tiōe facta ex*  
*oppido Dubi*  
*nio.*  
 ces foris imbelles sunt) facta subita eruptione, percusserunt ex eis multos, & posuerunt eos crassitudinem terræ. Quibus etiam subueniri non poterat propter interiacens stagnum. Ob quam rem exercitus ira permotus, pertinacius instabat expugnationi. Dixerunt autem satellites du-  
*Respectus*  
*privati com*  
*modi, quam*  
*noxius reipus*  
*blicæ*  
 cis nostri, & Marchionis ad invicem: Nonne terra quam devastamus, terra nostra est? & populus quem expugnamus, populus noster est? Quare ergo inuenimur hostes nostrimet, & dissipatores uestigalium nostrorum? Nonne iactura hæc redundat in Dominos nostros? Coeperunt ergo à die illa facere in exercitu tergiuersationes, & obsidionem multiplicatis inducijs alleviare. Quoties enim in congressu vincebantur Slavi, retinebatur exercitus, ne fugitæ insequerentur, & ne castro potirentur. Ad ultimum, nostris iam pertæsis, conventio talis facta est, ut Slavi fide-  
*Magna expe*  
*ditionis ina*  
*nis exitus.*  
 dem Christianam reciperent, & laxaret Danos quos in captiuitate habebat. Multi ergo eorum falso baptizati sunt: & de captione hominum relaxauerunt omnes senes & inu-  
*Slavorum in*  
*genium.*  
 tiles, cæteris retentis, quos servitio robustior aptauerat ætas. Taliter illa grandis expeditio cum modico emolumento soluta est. Statim enim postmodum in deterrius coaluerunt: nam neque baptisma seruauerunt, nec cohibuerunt manus à depredatione Danorum.

# De ingenti fame post bellum, Cap. LXVII.

*Vicelini &  
Thetbmar  
pietas erga  
pauperes.*

**C**omes autem noster cōuulsas reparans amicitias, fecit pacem cum Nicloto, & cum cæteris orientalibus Slaus. Nec tamen integrè credebat eis, eo quòd fœdera prima uiolassent, & percussissent terram suam attritione maxima. Cœpitq; consolari populum suum, quem uastitas hostilis attriuerat, orans eos ne casibus aduersis cederent, hoc cognoscentes, quòd Marcomannos oportet duram habere patientiam, & prodigos esse sanguinis sui. In redimendis quoq; captiuis deuotus extitit. Quid dicam de sacerdote Christi Vicelino? In ea calamitate qua barbaricus furor multos attriuerat, & frumentorum penuria famem parturiuerat, omnibus qui in Faldera & Cuzelina fuerunt, summopere commendauit, ut pauperum memores essent. Ad quod opus uir Dei Thetbmarus fuit incomparabiliter idoneus, dispergens & dans pauperibus minister fidelis & prudens, ubiq; caritatiuus, ubiq; largus, in cuius laudem parum est quod loquor. Sane peccatus sacerdotis misericordia refertum, suauissimo flagrabat odore, iacebantq; præ foribus monasterij greges egenorum, expectantium eleemosynam de manu uiri Dei. Adeo ut locus ille ad inopiam redigendus uideretur, propter largitatem uiri. Obserabantur ergo à procuratoribus ostia domesticæ rei, ne curia subiaceret detrimento. Quid faceret homo Dei? Clamores pauperum ferre non poterat,

poterat, nec fuit ad manus quod daret. Coepit ergo uir misericors, curiosius agere, & circuire horrea, explorare callidus aditum, quo etiam secretius reperto, egit in modum furantis, dans quotidie pauperibus iuxta oportunitatem. Ferebatur autem à fidelissimis nobis, quod iisdem diebus exinanita frumentaria penus, diuinitus recuperata sit.

Præbet huic facto firmitatem opus Helix, necnon

Helisæi, quorum æmulos sicut uirtutis, sic et

tiam miraculi adhuc superesse,

non est ambiguum.

## De intestino bello Re-

gum Daniæ, Suenonis, Kanuti, & Vualde,

mari, & uictoria Comitis Adolphî,

Cap. LXVIII.

**M**ODICVM ergo temporis effluxit, quo Wagiarensi terræ de præterita calamitate respirare concessum est, & ecce noua prælia surrexerunt ab Aquilone, quæ apponerent dolorem dolori, uulnus uulneri. Occiso enim Erico, cui cognomen erat Emun, remanserunt tria genimina Regum, scilicet Suein eiusdem Erici filius, Waldemarum Kanuti filius, Kanutus Magni filius. Qui cum adhuc infantuli essent, consilio Danorum positus est eis tutor quidam Ericus cognomento Spac, qui Regnum cum regia sobole tutaret. Fuitq; uir ille pacificus,

*Ericus rex  
Daniæ, inter  
fectus.*



*Kanutus Magnus filius, cum cognatis suis, Suenone & Vualdemaro, de regno Danie dimisit.*

*Prodigia.*

*Adolphus comes Nordalbingie, Kanutum adiunxit magno suo periculo.*

*Sueno rex Danie, uastat Wagirorum terram.*

*Edelerus dux et copiarum Suenonis, Holzatos muneribus corruptos a domino suo Adolpho auertit,*

cum tranquillitate creditum sibi gubernans regnum, nisi quod Slauorum furis minus obstitit. Nam Latrocinia Slauorum eo tempore solito plus inualuerunt. Sentiens autem Ericus appropinquare diem mortis suae, conuocauit tres adolescentes regios, adhibitoque magnatum consilio, Suein destinauit ad regnum, Waldemarum & Kanutum hereditate paterna iussit esse contentos, ordinatisque taliter rebus, defunctus est. Nec mora, Kanutus Magni filius rupta Curatoris sui dispositione, conatus est arripere regnum, mouitque contra Suenonem praelia magna. Porro Waldemarum, partes Sueni adiuuabat, & commota est uniuersa Dania, et uisa sunt magna signa in caelo uersus aquilonem, species quasi ignearum facularum, & humani cruoris similitudo rutilantis. Nec fefellerunt portenta. Quis enim ignoret strages factas, factas inquam in eo prelio? Certabat ergo uterque regum asciscere sibi Comitem nostrum, miseruntque nuncios cum donariis, plura offerentes, & ampliora promittentes. Complacuitque Comiti ad Kanutum, habitoque colloquio, fecit ei hominum. Quod factum est zelatus Suein, assumptaque manu armata, transiit in Wagirenses terram & succedit Aldenburg, & demolitus est omnem terram maritimam, & digrediens inde succendit suburbium Sigeberg, & quaecumque in circuitu eius erant, uorax absumpsit flamma. Huius autem mali fuit autor Ethelerus quidam de Thethmarscia natus, qui diuitibus Danorum subleuatus, omnem fortem de Holzatia sibi sociauerat, Factusque ductor Regis, uolebat Comitem prouincia pellere, terramque eius addere regno Danorum. Quod factum cum innotuisset Comiti, transijt ad ducem & ut protegeret ab eo. Nec enim in Holsatia tuto consistere



sistere poterat, eo quòd increuissent homines Etheleri, q  
 insidiabantur uitæ eius. Quicumq; uoluisset fieri homo E  
 theleri, ueniebat ut acciperet in munere Byrrum, Clype  
 um, uel equum, Atq; donis huiusmodi corrupta, repleta  
 est terra seditiosis. Præcepit ergo Dux omni populo Hol  
 zatorum, & Sturmariorū, ut sicubi reperti fuissent homi  
 nes Etheleri, aut renunciarent hominio, aut prouincia se  
 cederent. Et factum est ita: iurauitq; omnis populus, stare  
 ad mandatum ducis, & obaudire comiti suo. Sociatusq;  
 est sibi uir Holzatensis in die illa, seditiosis omnibus aut  
 reductis in gratiam, aut prouincia pulsis. Misit ergo Co  
 mes nuncios ad Kanutum, suggerens ut quātocyus cum  
 exercitu ueniret, oppressurus Suein. Cui etiam occurrit  
 cum quatuor milibus expeditorum, prope Sleswich. Fixe  
 runtq; castra lōgis ab inuicem spacijs. Morabatur autem  
 Suein in ciuitate Sleswich, cum non minima bellatorum  
 manu. Videns ergo Ethelerus Princeps exercitus Suein,  
 quia duplicata sunt mala, multusq; exercitus uenit ad ob  
 sidendum eos, abiit ad Kanutum, in dolo, dataq; pecunia  
 Principibus seduxit adolescentiam Kanuti, ut rediret in  
 terram suam, in scio Comite Adolfo, & dimitteret exerci  
 tum in locum suum. Præfixis quoq; inducijs, spopondit  
 se sine bello pacem Danis redditurum. His ad libitū pera  
 ctis, rediit Ethelerus Sleswich, mane pugnaturus. cū Co  
 mite & percussurus eum repente. Eo uespere quidam fa  
 miliarium Comitum erat Sleswich, qui sentiens ea quæ clā  
 parabantur, transiit eum festinatione Lacum, & ueniens  
 in castra, dixit ad Comitem: Deceptus es ô Comes, dece  
 ptus atq; pessundatus es. Kanutus enim & exercitus eius  
 in quorum auxilio tu uenisti, reuersi sunt in terram suam,

Ad ducē, scilicet, Saxonia, Henricū Leonē, cuius feudum tunc fuit Nordalbingia.

Holzati redeunt ad obedientiam sui comitis Adolphi.

Astutum consilium Etheleri.

Ethelerus astute hostes suos, Kanutū & Adolphum, dissociat, ut altero digressus, par alteri esse possit.

Adolphus ab amico de infidijs hostium præmonetur.

& tu solus hîc iaces. Ecce uenturus est Ethelerus disluculo pugnare tecum. Comes ergo supra quàm credi potest admirans imposturam, dixit ad suos: Quandoquidem in medio myricæ consistimus, & equi nostri afficiuntur inedia, bonum est nos hînc transire, locumq; quærere castris opportunum. Sensit ergo exercitus, animum Comitæ sinistra legatione concussum. Moueruntque castra de loco qui dicitur Cuningisho, uerteruntque iter uersus Egdoram. Tanta autem festinantia præterlapsi sunt, ut ueniente Comite ad Egdoram, de quatuor milibus expeditorum, uix quadringenti cū eo reperti fuerint. Quos Comes adhortans, ait: Licet fratres & amicos nostros huius ignaros rei fugauerit casus timor, mihi tamen utile uidetur nos hîc consistere propter custodiam terræ nostræ, quousque directis nuncijs certius cognoscamus, quid actitent hostes nostri. Statimque misit nuncios qui ueritatem perferrent. Quibus apud Sleswich comprehensis, & in uincula coniectis, dixit Ethelerus ad regem Dominum suum. Iam nunc festinandum est, & eundem cum exercitu, quia facile est ut tradatur Comes iste desolatus in manus nostras. Quo percussio, transibimus in terram eius, & abutemur ea prout libuerit. Et abierunt cum manu forti. Comes ergo irritatus, quia nuncij iuxta placitum non uenissent, alios misit nuncios, qui uisis hostibus cum celeritate nunciauerunt Comiti. Ille licet intus morderetur suorum paucitate, elegit tamen, uirtutis insus, ut forti tuitu, confligere, dixitque ad socios: En tempus est ô Sœter dimicent. cñ, quo comperiendum sit, ubi sit uir audax, & uirtutis

Adhortatio  
Adolphi ad  
suos, ut forti  
tuitu dimicent.



tis continens, qui ruinas pronus excipere uelit. Sæpius  
 quidem mihi à nostratibus obiectum est cum insultatio-  
 ne, quasi cor muliebre & fugax habuerim, qui bellorum  
 iacturas plus lingua quàm manu propulerim. Et hoc  
 quidem non imprudens egi, quoties bella sine sanguine  
 caueri poterant. Nunc autem quia immanius periculum  
 indiget opera manuum, uidere iam fas est, si scæmineus  
 mihi, ut dicitis, insit animus. Quin potius uidebitis dante  
 Deo mihi cor inesse uirile: Animæ quior autem ero, si ue-  
 stra concors mecum fuerit uoluntas, si in defensionem pa-  
 triæ mecum coniurata manu steteritis. Hoc enim loco  
 præsidium pugnæ flagitat, & uerecundia fugæ, & cer-  
 tissimum patriæ excidium. Hæc cùm perorasset Co-  
 mes, gratulati sunt socij, grandique iuramento se obliga-  
 uerunt, ut starent firmiter, pro salute suimet, & patriæ.  
 Præcepit ergo Comes effringi pontem, & posuit custo-  
 diam in locis quibus permeabilis erat fluuius. Venit au-  
 tem nuncius qui diceret hostes transduci prope uillam,  
 quæ dicitur Scullebi. Facta ergo oratione ad Deum,  
 Comes festinauit pugnare cum his qui transducti fue-  
 rant, priusquàm uniuersus transiret exercitus. Statimque  
 ubi congressi sunt, Comes equo deiectus est, & fuerunt  
 ei præsidio duo milites, qui subleuatum equo restituerunt.  
 Et fuit pugna uehemens, & uictoria utrinque ambigua,  
 quousq; unus partium Comitis proclamauit, ut poplites  
 equorum, quos hostes insidebant, fortiter caderentur.  
 factumque est, ut cadentibus equis, se flores quoque lo-  
 ricati collaberentur, gladjisque nostratum protriti sunt,

Omnia prius  
 quam arma  
 experiri  
 sapientem de-  
 cet.

Pugna Adol-  
 phi cum Sue-  
 non Rege  
 Danie ad Eg-  
 dorâ fluuiû.

Periculum  
 Comitum An-  
 dolphi.

Strategema.

*Victoria Co-  
mitis Adol-  
phi.*

& cecidit Ethelerus, & cæteri nobiles aut occisi sunt aut capti. Quod uidens Rex ex altera ripa fluminis, & qui cū eo erant, petijt fugam & reuersus est Sleswich. Sed & Comes reuersus est, clarus uictoria, habens captiuos insignes, quorum pecunia debitis suis aliquantisper alleuiatus est. Habuitq; de cætero præcipuam terræ suæ diligentiam. Quoties enim motionis aliquid insonuit, aut de Danis, aut de Slauis, statim collocauit exercitum in locis opportunis, uidelicet Trauenemundæ, siue ad Egdoram. Fueruntq; parentes mandato eius plebes Holzatorum, Sturmariorum & Marcomannorum. Vocantur autem

*Marcomanni.*

usitato more Marcomanni, gentes undecunq; collectæ, quæ Marcam incolunt. Sunt autem in terra Slauorū Marcæ quàm plures, quarum non infima nostra Wagirensis est prouincia, habēs uiros fortes & exercitatores prælijs, tã Danorum quàm Slauorum. Super hos omnes functus est Comes honore Cometæ, Fecitq; iusticiam populo suo, compacans dissidentia, & oppressos liberās de manu potentiorum. Clero fuit apprime beneuolus, quem nec in fa-

*Leus Adol-  
phi secundi,  
Comitis  
Nordalbm  
gie.*

cto nec in uerbo passus est a quoquam iniuriari. Multum uero laboris adhibuit in edomandis rebellibus Holzatorum: gens enim libera & ceruicosa, gens agrestis & indomita, detrectabat ferre iugum pacis. Sed uicit eos altior sensus uiri, & philosophatus est in eis. Multis enim præcationibus allexit eos, quousq; duceret sub lorum, illos inquam onagros indomitos. Viderit qui uoluerit, faciē gentis huius immutatam, eos scilicet qui soliti quondam fuerant, Sæuum caput abdere laruis, Et deprædandis tendere decipulas, furari quæ rapere non poterant, uiderit inquam eos conuertisse mores, & reuocasse gressus ad iter

pacis.

pacis. Nonne hæc est mutatio dexteræ excelsæ? Post hæc reconciliatus est Comes Sue in regi Danorum. Ille enim crebris prosperatus uictorijs, Kanutum elecit de terra, & ad Saxones propulsum, exulare coëgit, penes nominatissimum Hartwigum Archiepiscopum, qui clarissimo genere natus, magna pollebat hæreditate.

*Sueho Regnum Danie obtinuit, eiecit Kanuto.*

*Hartuicus 18. Archiepiscopus Bre mensis seu Hamburgensis, natus fuit ex familia comitum St. de sum.*

## De Duce Heinrico

Leone iuniore, Cap. LXIX.

**I**N diebus illis, dux noster adolescens, dominam Clemētiā, filiam Cōradi ducis de Zeringge duxit uxorem, coepitq; dominari in uniuersa terra Slauorum, succrescēs sensim & inualescens. Quotiens enim offendissent eum Slaui, admouit eis Martiam manum, dederuntq; ei pro uita simul & patria quicquid exigere uoluisset. In uarijs autem expeditionibus quas adhuc adolescens in Slauiā profectus exercuit, nulla de Christianitate fuit mentio, sed tantum de pecunia. Adhuc enim immolabant dæmonijs & non Deo, & agebant piraticas incursationes in terram Danorum.

## De instauratione Epi-

scopatuum Aldenburghensis & Mekelburghensis, & contentionibus de inuestitura eorundem,

Cap. LXX.



**V**IDENS ergo Dominus Hartwigus Hammens-  
 burgensis Archiepiscopus, quia pax erat in Sla-  
 uia, proposuit reedificare sedes Episcopales, quas  
 Barbaricus furor olim destruxerat in Slauia, scilicet Al-  
 denburgensem, Racesburgensem, Mickilenburgensem.  
 E quibus Aldenburgensem, Magnus Otto primus insti-  
 tuerat, subiiciens ei Polabos, & Obotritos, à terminis Hol-  
 zatorum usque ad flumen Penim, & ciuitatem Dimin.  
 Posuitq; in Aldenburg primum Pontificem Marconem,  
 Post hunc secūdus erat Edwardus, Tertius Wago, quar-  
 tus Ezike, Quintus Folchardus, Sextus Reinbertus, Se-  
 ptimus Benno, octauus Meinerus, Nonus Abelinus, deci-  
 mus Ezo. Huius temporibus surrexit in Hāmenburgensi  
 Ecclesia Magnus Adelbertus, qui de peregrinis Episco-  
 pis quos in mensa sua habebat, Iohannem statuit Episco-  
 pum in Mikilinburg, Aristonem in Racesburg, atque in  
 hunc modū Aldenburgensis sedes in tres diuisa est episco-  
 patus. Postq; ergo permittente Deo propter peccata ho-  
 minū, Christianitas adnullata est in Slauia, uacauerūt hæ  
 sedes annis octuaginta quatuor, usq; in tēpora Hartwici  
 Archiepiscopi. Qui propter generis nobilitatem duplici  
 principatu clarus, magno studio enisus est pro recuperan-  
 dis suffraganeis episcopis, uniuersa Daciæ, Norwegiæ,  
 Suediæ, quos Hāmenburgensi Ecclesiæ quondam perti-  
 nuisse, commemorat antiquitas. Sed cum obsequijs & ua-  
 rijs largitionibus nil profecisset apud Papā & Casarem,  
 ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iā pridem  
 abolitōs episcopatus Slauicę suscitare. Accitum ergo uene-  
 rabilem sacerdotem Vicelinum Aldenburgensi sedi con-  
 secrauit episcopū, cū esset etate prouectus, et mansisset in  
 terra

*Catalogus e-  
 piscoporum  
 Aldenburgē  
 sum, qui epi-  
 scopatus pos-  
 sedit Lubecam  
 trāslatus est.*

*Ambitio  
 Hartuici  
 Archiepisco-  
 pi.*

*Vicelinus Al-  
 denburgen-  
 sis episcopus  
 constituitur,  
 cū sedes ua-  
 casset annis  
 84. Fuitq; epi-  
 scopus nume-  
 ro 110.*

terra Holzatorum 30. annis. Porro in Mickinburg ordina-  
 uit Dñm Emmehardum, & cōsecrati sunt ambo in Rosse  
 uelde, missiq; in terram egestatis & famis, ubi erat sedes  
 Satanæ, & habitatio omnis spiritus immūdi. Factaq; sunt  
 hæc in consulto Duce & Comite nostro. Vnde accidit ut  
 amicitia quæ erat inter Dominum Vicelinum & Comitē  
 nostrum, deinceps turbata sit; nam antea eum ut patrem  
 uenerabatur. Tulitq; decimas omnes anni illius quæ Pon-  
 tifici nouo provenire poterant, nec dimisit ex eis paruas  
 reliquias. Tunc abiit episcopus ad Ducem, rogaturus ue-  
 niam, & susceptus est ab eo cum honore & reuerentia. Et  
 ait dux ad eum: Dignum quidem fuit ô Episcope, ut uos  
 nec salutarem nec reciperem, eo quod nomen istud me in  
 consulto suscepitis. Ego enim huius rei moderator esse  
 debueram, maxime in terra quam patres mei, fauente  
 Deo, in clypeo & gladio obtinuerunt, & mihi possiden-  
 dam hæreditauerunt. Sed quia sanctitas uestra dudum  
 mihi comperta est, progenitores quoq; nostri uos ab ini-  
 tio fidelem probauerunt, decreui iam noxæ huius obliuif-  
 ci, promotioniq; uestre pleno favore concurrere, scilicet  
 ea conditione, si inuestituram episcopalem de manu mea  
 recipere uolueritis. Hoc em̃ pacto res uestre processum  
 habere poterunt. Et uisum est episcopo uerbum illud du-  
 rum, eo quod esset præter cōsuetudinem. Episcopos. n. in  
 uestire, solius Imperatoris maiestatis est. Quidam ergo  
 fidelium ducis, Heinricus de Waha, uir potens & militaris,  
 & amicus episcopi, dixit ad eū, Facite qd uobis utile est, et  
 appropinquate Domino nostro, & facite uolūtatē eius,  
 ut ædificent ecclesiā in Slauia, & dirigatur cultus domus  
 Dei in manib. uestris. Alioqn frustrabit labor uester, eo qd

*Emmehar-  
 dus 2. episco-  
 pus Mikel-  
 burgensis Fu-  
 it autem Men-  
 kelburgolim  
 insignis ciui-  
 tas, unde ex  
 Ducatui no-  
 men. Nunc  
 pagus est.  
 Episcopatus  
 autem in Sae-  
 rimum trans-  
 latus est.*

*Adolphus Co-  
 mes, & Hein-  
 ricus Leo  
 Dux Saxo-  
 niæ, egre fe-  
 rūt se in scis  
 instaurari iā  
 olim deletos  
 episcopatus.*

*Heinric. Leo,  
 ius inuestien-  
 di Aldenbur-  
 gensis episco-  
 pi, sibi depo-  
 scit.*

nec Cæsar, nec Archiepiscopus possit iuuare causam uestram, domino meo obnitente: Deus enim dedit ei uniuersam terram hanc. Quid autem grāde requirit à uobis Dominus meus, quod uobis aut illicitum sit, aut uerecundū? Quin potius res facilis est, et conducens fructum magnū, ut Dominus meus accipiat uirgulam, & det in manum uestram, pro signo inuestituræ, sitisq; de cætero familiaris Ducis, habentes honorem inter gentes, ad quas ingrediemini conuertendas. Rogauit ergo episcopus præberi sibi inducias ut deliberaret super uerbo hoc. Dimissusq; pacificè, uenit Bardewich, ubi mortali tactus ægritudine, per dies aliquot moratus est. Illic enim incidit paralysin, in qua usq; ad extremum uitæ suæ laborare uisus est. Sedata uero aliquantulum ægritudine, perductus est Falderā in uehiculo, multumq; temporis effluxit, quo eum infirmitas ecclesiastico labori subtraxerat. Aetatis enim mole grauior morbus accesserat. Vbi autem ei uires Deus præstitit, abiit Bremam, consulturus Archiepiscopum & Clerum super uerbo hoc, quod imposuerat ei Dux. Quomones una eademq; sententia refragari cœperunt dicentes: Scimus quidem ô uenerabilis Pontifex sanctitati uestræ optime cognitum esse, quid uobis super uerbo hoc expendat. Sed quia uenistis participari cōsilio nostri, Breuiter respondemus quod sentimus. Primum ergo in hoc negotio pensari decet, qualiter inuestituræ Pontificum Imperatoriæ tantum dignitati permixtæ sunt, quæ sola excellens, & post Deum in filiis hominum præeminens, hunc honorem non sine fœnore multiplici conquisiuit. Neque Imperatores dignissimi leuitate usi sunt, ut episcoporum Domini uocarentur, sed compensauerūt noxam hanc amplissimis

*Vicelinus factus paralyticus.*

*Vicelini cum Bremensi Archiepiscopo consultatio. utrum recipienda sit inuestitura à Duce Saxonie.*



plissimis regni diuitijs, quibus ecclesia copiosius aucta, decentius honestata, iam nō uile reputet se ad modicum cessisse subiectioni, nec erubescat uni inclinari, per quē possit in multos dominari. Vbi enim dux uel Marchio, ubi in regno principatus, quantūlibet magnus, qui Pōtificibus manus non offerat, recusatus, oportune, importune se nō ingerat? Certatim currunt ut homines fiant Ecclesiæ, & participes fiant beneficiorum eius. Vos igitur hōnorē hunc pessundabitis, & infringetis iura magnis autoritatibus edita. Dabitur ne huic duci manus uestras, ut hoc exēplo incipiant esse principū serui, qui fuerant Principū Domini. Nō decet ætatem uestram, honestatis decore matutam, ut per uos incipiant abusionēs fieri in domo Domini. Lōgē fiat à uobis uerbum istud. Quōd si furor principis erga uos effrenatius egerit, nonne satius est ferre iacturam bonorum quā honoris? Auferant si uelint decimas, occludant uobis introitū, si placet, Parochiæ uestre, tolerabilis erit ista molestia. Habetis certē Falderē semdomum, in qua tuta interim statione consistere possitis, & præstolari cum silentio salutare Dei. His & huiusmodi uerbis auerterunt eum, ne uolūtatem Ducis adimpleret. Parturiuit sanē persuasio hæc nouellæ plantationi multiplex impedimentum. Quoties enim Pontifex noster Ducem adiit interpellaturus pro negocijs Ecclesiæ, ille se paratum esse ostendit ad omnia quæ poposcisset utilitas, si primum illi debitus honor exhibitus fuisset, alioquin frustra contra impetum fluminis iri. Pontifex autem humilis, facile inclinatus fuisset, ut propter lucrum Ecclesiæ, duci secularis honoris cupido, morem gessisset, si Archiepiscopus & cæteri Bremensium non obstitissent. Nam

*Mira spiritus  
alium amb  
tio, et mini  
me ex spiritu  
sancto.*

*Helmoldus  
improbat am-  
bitionem Ar-  
chiepiscopi  
et Bremensi-  
um Canonico-  
rum.*

& ipsi uaniglorij, atque diuitijs adolte Ecclesiæ saturi, ho-  
nori suo hoc in facto derogari putabant, nec magnopere  
fructum sed numerum suffraganeorum sedium curabāt.  
Quod uel in hoc maximè patuit, quia in possessionibus  
Falderensis Ecclesiæ Archiepiscopus multas episcopo no-  
stro fecit iniurias, demens & conuellens aliqua, nec tutū  
permanere sinens in statione, quam ipse ei deputauerat.  
Videres ergo uirum antea magni nominis, possessorem  
libertatis, & compotem suimet, post acceptum episcopa-  
le nomen, quasi innodatum uinculis quibusdam, & suppli-  
cem omnium. Homo enim pacis suæ in quo sperauit, a-  
uertit eum à uia consilij & pacis, ne scilicet applicaretur  
his per quos Ecclesiæ fructificatio pullulare posset. Fecit  
ergo, quod status ille temporis permisit, uisitauit Eccle-  
sias parochiæ suæ, ministrās plebibus monita salutis, præ-  
bens eis pro iure officij sui spiritalia, cum ipse tamen non  
meteret eorum temporalia. Siquidem Comes decimarū  
lura tollebat. Dedicatum est ergo eo tempore oratorium  
Cuzelinæ, quæ alio nomine Hogerestorph dicitur. Sed et  
Ecclesia Bernhouede tunc dedicata est. Venitq; ad nouā  
ciuitatem quæ Lubeke dicitur confortare manentes illic,  
& dedicauit ibi altare Domino Deo. Inde progrediens ui-  
sitauit Aldēburg, ubi sedes quondam Episcopalis fuerat,  
& receptus est à Barbaris habitatoribus terræ illius, quo-  
rum Deus erat Proue. Porro nomen Flaminis qui præe-  
rat superstitioni eorum, erat Mike. Sed & princeps terræ  
uocabatur Rochel, qui fuerat de semine Cruconis, idolat-  
ra & pirata maximus. Cœpit ergo Pontifex Dei, propo-  
nere Barbaris uiam ueritatis, quæ Christus est, adhor-  
tans eos, ut relictis idolis suis festinarent ad lauacrum re-  
generationis.

*Proue Deus  
Aldenburgē  
suum.*

*Predicatio  
Vicelini.*

generationis. Pauci autem Sclauorum applicuerunt se fidei, eo quod languor fortissimus esset, & necdum inclinata essent corda principum, ad edomanda corda rebellium. Dedit autem Episcopus pecuniam caesoribus lignorum, ad impensas sanctuarij, & coeptum est opus fabricae prope uallum urbis antiquae, quo omnis terra die Dominica propter mercatum conuenire solebat.

# De profectioe Heinri

ci Leonis in Bauariam. Item de inuestitura Vicelini, & intestino bello regum Danie,  
Cap. LXXI.

**I**N diebus illis congregauit Dux exercitum, ut abiret *Heinricus*  
in Bauariam, & requireret ducatum, quem uiricus *Leo, Bauaria*  
suus, Heinricus frater Conradi Regis occupauerat. *recuperare*  
Veniit ergo ad eum Dominus noster episcopus, Lunenburgi, *contendit,*  
rogans ut semper solebat, pro episcopatus sui promotione. Cui dux, faciam, inquit, quod hortamini, si ad nos respectum habere uolueritis. Ad quem Episcopus, paratus sum, ait, propter eum qui se humiliavit propter nos, *Vicelinus tamen ab Heinrico Leone*  
meipsum in proprietatem dare alicui de clientibus uestris, nedum uobis, cui Dominus ampliorem inter Principes contulit magnificentiam, tam generis quam potentiae. Et his dictis fecit quod necessitas imperabat, & suscepit episcopatum per uirgam, de manu Ducis. *inuestituram episcopatus Aldenburgensis suscipit.*  
Animequior autem factus dux ait: Quia uidemus uos obediētes esse uoluntati nostrae, oportet & nos sanctitati uestrae condignā



*Reditus eccle-  
siastici reddi-  
ti Viceimo.*

gerere reuerentiam, & petitioni de cætero prouiores ad-  
esse, Sed quia nunc in procinctu sumus itineris, & ordina-  
tio uestræ causæ prolixius tempus requirit, damus inter-  
rim uobis uillam Buzoë quam petistis cum sua pertinen-  
tia Dulzaniza, ut ædificetis uobis domum in medio ter-  
ræ nostræ & præstolari possitis reditum nostrum. Tunc  
enim propicio Deo disponendis rebus uestris propensi-  
us instabimus. Rogauitq; Comitem Adolsum, ut huic do-  
nationi præberet assensum. Cui respondit Comes, Ex quo  
flexus est ad pietatem, decet nos uoluntati eius occurre-  
re, & pro posse nostro ei suffragari. Possessionē ergo quā  
Dominus Dux permisit Episcopo, & ego permitto. Insu-  
per cedo de medietate decimarum, ut cedant in usus epi-  
scopi, nō ex debito sed ex gratia uestri, eo quod res episco-  
pales necdum ordinatæ sint. Commisit ergo Dux custodi-  
am terræ Slauorum atq; Nordalbingorū, Comiti nostro,  
compositisq; rebus in Saxonia, profectus est cum militiā,  
ut reciperet ducatum Bauariæ. Porro ductrix, Domina  
Clementia, remansit Lunenburg, fuitq; Comes clarissi-  
mus in domo ducis, & officiosus in obsequio Duc tricis,  
paterq; consiliū. Quamobrem uenerabantur eum Princi-  
pes Slauorum, maxime uero reges Danorum, qui laborā-  
tes intestino bello, certabant eum præuenire muneribus.  
Kanutus enim qui profugus exulabat apud Archiepiscopum,  
conflato de Saxonia conductitio exercitu, reuersus  
est in Daniam. Et additi sunt ei omnes penē qui habitabāt  
Iuthlandiæ. Hoc audito, Suein contraxit maritimas copi-  
as, transmissisq; mari uenit ad ciuitatem Wiberge, & cō-  
miserunt reges prælium, & fusæ sunt copię Saxonum &  
ad internecionem deletæ. Kanutus fuga lapsus, uenit in  
Saxoniam,

*Kanutus secū-  
dō à Suenos  
ne uictus &  
Dania cie-  
ctus.*

Saxoniam. Post modicum tempus, rursus uenit in Dani-  
am, & receptus est à Fresonibus qui habitabāt luthlādīæ,  
uenitq̃ Suein & pugnavit cum eo, debellatumq̃ ad Saxo-  
nes fugere compulit. Cui crebro per fines Holzatorum  
itineranti, Comes noster beneficus extitit, præbens con-  
ductum, & cætera humanitatis officia. Regnavitq̃ Sœin  
in Dania cum maxima Tyrannide, maximis semper victo-  
rijs fortunatus. Slauorum furijs minus obstitit, prælijs ir-  
retitus domesticis. Fertur tamen eos in Selā de strage ma-  
xima tempore quodam percussisse.

*Kanutus ab  
eodem tertio  
uictus & Da-  
nia expulsus.*

## De Kyzinis & Circipa

nis Slauorum populis, domitis a Nicloto & Co-  
mite Adolfo, Cap. LXXII.

**I**N diebus autē quibus Dux aberat, uenit Niclotus prin-  
ceps terræ Obotritorum, ad Dominam Clementiam  
Ducricem, Lunenburg, & conquestus est in facie eius et  
amicorum Ducis quia Kycini et Circipani paulatim rebel-  
lare cœperint, & obniti tributis iuxta morem persoluen-  
dis. Et destinatus est Comes Adolfus, & populus Holza-  
torū & Sturmariorum, ut adiuuarent Niclotum & coër-  
cerent rebellionem contumacium. Abiitq̃ Comes cum  
duobus milibus & amplius electorum, Niclotus quoque  
contraxit exercitum de Obotritis, & abierunt pariter in  
terram Kycinorum & Circipanorum, & peruagati sunt  
terram hostilem, omnia uastantes igne & gladio. Fanum  
quoq̃ celeberrimū cum idolis & omni superstitione de-

*Circipani &  
Kycini rebel-  
les, domantur  
ab Adolfo  
comite &  
Nicloto prin-  
cipe Obotri-  
torum.*

*Idola Slauorum cum templo eversa per Comitē Adolsum.*

moliti sunt. Videntes autem indigere, quia non essent eis vires resistendi, redemerūt se immensa pecunia, defectūq; uectigalium integrauerunt cum cumulo. Tunc Niclotus defectatus uictoria, gratias Comitit retulit amplissimas, reuertentemq; prosecutus est ad extremitatem finium suorum, cautissimam exercitui adhibens diligentiam. Ab eo die firmatae sunt amicitiae inter Comitē & Niclotum, habueruntq; frequentius Colloquium Lubeke siue Traueremundae, pro commodis utriusque terrae. Fuitq; pax in terra Wagirorum, accepitq; per gratiam Dei nouella plantatio sensim incrementum. Forum quoq; Lubicense crescebat in singulos dies & augebatur naues institorum eius. Dominusq; Vicelinus episcopus incolere coepit insulam quae dicitur Bozoë, & habitauit sub fago quousq; extruerent casas, in quibus consistere possent. Coepit autem ibi Ecclesiam aedificare in nomine Domini & in commemorationem Beati Petri Apostolorum Principis. Porro utensilia domus, & quae sufficerent curandis aratris prouidit Episcopus de Cuzelina & de Faldera. Initia uero episcopatus erant in magna teneritudine, eo quod Comes aliās optimus, episcopo soli fuerit mediocriter bonus

*Incrementū urbis nouae Lubicensis.*

## De bello quod gessit

Heinricus Leo aduersus uitricum suum Heinricū,  
de ducatu Bauariae, Cap. LXXIII.

*Heinricus Leo, cui Hein*

**C**VM hac ergo in prouincia Slauorum gererentur,  
Dux noster morabatur in Sueuia, intentans Vitrico suo



suo bellum, sed non ualens. Ille enim adiuuabatur à rege  
 & fratre, iniustum esse perhibente quenquam Principum  
 duos habere ducatus. Audiens ergo Adalbertus Marchio,  
 & alij quàm plures Principum, ducem nostrum minime  
 prosperari, & ueluti inter hostes conclusum, miserunt ad  
 Regem, ut quantocyus cum exercitu ueniret in Saxoniam,  
 obfessurus Brunswig, & oppressurus amicos eius. Posu-  
 it ergo rex custodiam per omnem Sueuiam, ne forte dux  
 elaberetur, ipse uero abiit Goslarium accepturus Brun-  
 swich, & omnia castra Ducis. Instabat autem sacra natiui-  
 tas Domini. Intelligens ergo Dux consilium Regis in-  
 malum, & intercisum sibi digressum Sueuiæ, fecit denun-  
 ciari omnibus amicis suis, tam liberis quàm ministeriali-  
 bus, ut conuenirent ad urbem quandam acturi cum eo  
 diem solennem. Fecitque uerba hæc diffamari & perso-  
 nari in auribus uulgi. Assumptisque tribus fidelissimis ui-  
 ris, uespere quodam mutauit uestem, & elapsus de ca-  
 stro nocturnum aggressus est iter, & transiens medias  
 hostium insidias, quinto demum die apparuit Brunswig,  
 & amici eius antea mœrore affecti, insperatam re-  
 sumpserunt fiduciam. Castra uero Regis approximabant  
 Brunswig, constituta in loco qui dicitur Heninge. Ve-  
 nit ergo nuncius qui diceret Regi, comparuisse Ducem  
 in Brunswig, quo certius recognito, dissimulabat progre-  
 di, reuersusq; est Goslarium, & annullata sunt ea quæ fue-  
 rant regis molimine suscepta. Et defendit se Dux de cir-  
 cumuentione Principum, qui insidiabantur animæ eius,  
 & obtinuit ducatum Saxonie, succrescens & inualescens  
 per singulos dies. Porro ducatum Bauariæ requirere nō  
 poterat omni tēpore, q̃ Conradus rex superuixit. Quo nō

rico uirico  
 uirico de  
 ducatu Bava-  
 riæ frustra  
 contendit.

✠

Scilicet Con-  
 rado Sueuo  
 Imperatore.

Henricus  
 Leo Bauariæ  
 frustra repe-  
 tens, pericli-  
 tatur etiā de  
 Saxonia.

Henricus  
 Leo, mira ce-  
 leritate ela-  
 psus ē Sueuiā  
 Saxoniam suā  
 am reuincet.

*Fridericus primus, qui cognominatus est Barbarossa, Imperator Anno 1151.* longè postea defuncto, successit in Regnum Fridericus fratruelis eius. Conradus enim rex plures habuit fratres, quorum primierant, Heinricus Dux Bauariæ, & Fridericus dux Sueuiæ, cuius filius æquiuecus positus est in regnum. Anno ergo incarnati uerbi, MCCL, regnauit Fridericus huius nominis Primus rex, & eleuatum est solium eius super solium regum qui fuerāt ante eum diebus multis. Inualuitq; sapientia & fortitudine super omnes inhabitantes terram. Mater eius, fuit Amita ducis nostri.

## De conuentu Principū

quē Imperator Fridericus Mersburgi habuit, Item de uita & morte Detmari præpositi Cuzalinæ. Cap. LXXIII.

*Marcipolim, id est Mersburg.* Circa tempus dierum illorum occisus est Hermānus Comes in castro Wintzeburg, uir potens & magnarū pecuniarum, & ortæ sunt contentiones inter ducem nostrum & Marchionem Adalbertum, propter castra & facultates eius. Propter hos comparandos denunciavit Rex Curiam apud Marcipolim ciuitatem Saxonie, mandauitq; Principibus solenniter adesse. Missa q; legatione reges Danorum tumultuantes euocauit, ut decerneret inter eos, mediante iusticia. Tunc Kanutus, quem tertio Dania pulsum suprâ dictum est, uenit ad ducem nostrum, rogans ut eius conductu & auxilio in curia potiri mereretur. Porro Archiepiscopus conduxit Suein regē, habens inter multos religiosos & honestos uiros Dominum

num Vicelinum Episcopum in comitatu suo . Et habita  
 est Curia illa celebris apud Marcipolim, ubi Principes Da  
 norum confœderati sunt, Sue in coronato in regem, cæte  
 ris eidem hominio subactis . Dissensio autem quæ erat  
 inter ducem & Marchionem sedari non poterat, eò quod  
 principes elati, regis adhuc recentis monita paruipende  
 rent. Persuasit ergo Archiepiscopus Vicelino episcopo,  
 ut inuestituram de manu regis perciperet, non fructum  
 Ecclesiæ sed odium Ducis intentans. At ille non consen  
 sit, ratus iram Ducis implacabiliter accendi. In hac enim  
 terra, sola Ducis authoritas attenditur. Soluta est Curia,  
 Vicelinus episcopus reuersus est in Parochiam suam, in  
 uenitq; sanctissimum uirum Thethmarum præsentis uitæ  
 subtractum . Quod nimirum episcopo maximam intulit *Mors Tetna*  
 mœsticiam. Ille enim dulcissimus uir omnium semper de *ri præpositi,*  
 uotione complectendus, neminem suo tempore uisus est *socij Vicelin*  
 habuisse comparem. Vt enim de uita eius quiddam bre  
 uiter summatisq; perstringam, ante conceptum matris *Encomium*  
 sanctę reuelatus, ab ipsis cunabulis mancipatus est altaris *eiusdem.*  
 ministerio, commendatusq; bono magistro discipulus op  
 timus perseverauit in disciplina usq; ad uiriles annos, dis  
 cipulus in Brema, socius in Francia, sustinuit iugum Magi  
 stri cum patientia, iuxta illud Ieremiæ : Bonum est uiro,  
 cum portauerit iugum ab adulescētia sua . Post reditum,  
 abeunte Domino Vicelino in Slauiam, ueluti sublato pæ  
 dagogo, relictus est sibi met. Qualis ergo apud Bremā in  
 regendis scholis, qualis in Decania fuerit, dixerint Bre  
 mensenses. Hoc commemorasse sat est, Quia post digressum  
 eius, lumen Ecclesiæ illius, sublato Brema clamabat.  
 Translatus ergo in Falderam, desiderio melioris uitę, ma



gnum gaudium attulit sua praesentia Domino Viceline. Sed & omnibus quos angulus ille horroris & uastæ solitudinis continebat, noua quædam facies orta est de aduentu tanti hospitis. Post aliquot annos dilatante Deo fines Ecclesiæ, missus est Cuzelinam, quæ & Hogerestorph, & incolis nouæ habitationis magno solatio fuit. Captiuus enim & despoliatis, tanta pietate cōcurrebat, ut dandi magnitudo uires domus illius adhuc tenere excedere uideretur. Inter orandum enim siue legendum, aures eius semper uigilabant ad ostium suspensæ, quando ueniret egenus pulsans & petens. Reuerebatur eum Comes Adolfus, eo quod redarguerit culpas eius, nec parceret delinquenti. Duriciam enim cordis eius quam exhibuit Episcopo, uenerabilis ille sacerdos adhibitis emplastris emollire sategit, sed omne medicamentum altior morbus euicit. Audito tamen eo multa faciebat, sciens eum uirum iustum & sanctum. Expletis ergo, postquam in hac terra mansit, annis decem, infirmitate correptus est, absente scilicet Episcopo, & apud Marcipolim posito. Cum autem fratres lecto ægrotantis appliciti, spem recuperandæ salutis instaurarent, ille cum magna recusatione aiebat, Nolite fratres dilecti præsentis uitæ dilationem mihi repromittere: nolite spiritum meum de peregrinationis fatigio ad patriam tendentem huiuscemodi uerbis affligere. Ecce decem anni sunt ex quo uitam meam sub professione huius titulo protrahi rogauī, & exauditus sum, Nunc tandem laborum requies oranda est. Et confido de solita pietate Dei, quia non hac petitione frustrabor. Augmentantur ergo torsiones uitalium, nec tamen in defectu corporis uigor interioris hominis emarcuit. Completum est

est in eo illud Salomonis : Fortis est ut mors dilectio, flumina & uenti non potuerunt extinguere. In moriente uiuebat caritas, quæ in exhausto corpore integrabat affectum, præbentem fratribus solatium de mœrore, consilium in rebus ambiguis, morum ædificationem, imprimen-  
tem cordibus amicorum nouissima quædam ualedictionis uestigia, nunquàm abolenda, Sed nec immemor dilectissimi patris sui Vicelini, orabat perintimè, uias eius à Deo dirigi, per hunc sibi uiam salutis, & spem regni paterfactam multociès congratulans . Venerunt ergo ad ægrotum fraterna sollicitudine , Prior Falderensis Ecclesiæ Ep̃po, & Bruno sacerdos, & post uisitationem exhibuerunt ei sacræ unctionis officium . Quo uenerabiliter percepto, participatiõe nihilominus uiuifici corporis Domini communitus, perseuerabat in gratiarum actiõe. Nocte ero qua uigilia Pentecostes obuenerat, hoc est, 16. Kalendas Iunij, peruigil in oratione, precibus inuitauit angelos, suffragia sanctorum interpellauit omnium, iamq̃ recedente anima, mouebatur adhuc lingua in oratione & confessione laudis. O dignissimum sacerdotem, ô gratissimam Deo animam. Fœlicem dixerim in cursu, sed fœlicior rem in peruentione, qui breuissimi laboris compendio apud Deum gloriam meruit sempiternam, apud homines sanctæ recordationis affectum.

# De Sepultura eiusdem

Dethmari præpositi, Cap. LXXV.

**C**Vius uenerabilis Sacerdotis transitum longè ante prædicere solebat Luthbertus frater, qui militiã huius seculi seruitute Dei commutãs, cum famulo Dei Thethmaro pauperum qui erant in hospitali, curam gessit. Hic tempore quodam uisitans Falderam, uultum præ tendit plus solito subtristem, atq; lacrymis suffusum. Interrogatus causas mœsticiã, respondit meritò se tristari, qui patris amantissimi præsentia destituendus esset in breui. Fatetur nihilominus de his non somniantem, sed uigilãtem diuinitus se instructum. Nec longè post prophetantis uerbum, uelox sacerdotis obitus subsecutus est. Fratres quoq; quos intimus uiri affectus flere coëgit reuertẽtes ad cor, hauserunt spem, & resumpserunt spiritum cõsolationis memores oraculi. Vbi ergo in Faldera nunciatum est de obitu eius, statim miserunt nuncios ad transferendum corpus, eo quod ipse discedens hoc intentius orauisset. Quod tamen uenerabilibus fratribus Theodoro, Ludolfo, Luthberto, & cæteris qui illic degebant, nullatenus persuaderi potuit, dicentes omnes se malle mori, quàm tãto pignore priuari, quod Bagirenſi Ecclesiã no uiter cœptã futurum esset & honori & solatio. Confluentibus ergo de Sigeberge & de uicinis oppidis fidelium populis, corpus sanctum terrę commendatum est, cum multa pauperum lamentatione, de sua destitutione conquerentium. Magnificetur ergo Deus in sanctis suis, qui uirũ hunc perfecit sibi dignum sacerdotem, cõsummatum uocatione fœlici. Vobis quoq; ô patres Lubicanæ reipub. salus abundantior erit à Domino, si uirũ talem dignè excolueritis, statuentes eum in fronte eorum qui diruta Ecclesiæ nostræ in noua culmina surgere fecerunt.



# De ægritudine Viceli-

ni episcopi, LXXVI.

**P**ost decessum præclari sacerdotis Thethmari, Vicensis episcopus reuersus est de curia Marcipolitana, frustrato labore propter sterilitatem principum. Dominus enim Archiepiscopus, & Dux, in quibus summa rerum in hac terra consistebat, præpedientibus simul odio & inuidia, nullos Deo placitos fructus facere poterant. Certabat uterque cuius esset terra, uel cuius esset potestas statuendi episcopos, cauerantque diligentissimè, ne quilibet eorum cederet alteri. Sed nec Comes Adolfus, licet in multis probatus, rebus episcopalibus animū plenè accommodauerat. Accesserat his malis episcopo nostro amplior tristitia de obitu Domini Thethmari, quo adhuc superstitè tolerabilius uidebatur omne quod urgebat. Affliciebatur ergo tædio spiritus in singulos dies, quæsiuit consolantem se, & non inuenit. Transactis autem postque de curia uenerat paucis diebus, uenit Buzo, ubi domum & Ecclesiam ædificare cœperat, & plebibus illic aggregatis præbuit uerbum salutis. Iam enim circumiacentia oppida incolebantur paulatim à Christicollis, sed cum grandi pauore, propter insidias Latronum. Castrum enim Plunense necdum reædificatum fuerat. Consummans ergo Pontifex sacra mysteria & offerens nouissimum Deo sacrificium, pronus adorauit in terra coram altari Domini, rogās fortissimum Dominum, ut cultus ipsius propagaretur tam in eo loco, quàm in uniuersa latitudine Sclauia.

*Contentio  
Heinrici Leonis, & Archiepiscopi Brementis, de la re statuendi episcopos in Sclauia.*

*Vicelini procatio.*

totiens autem hominibus transmigrationis inter exhortatoria uerba præſagiebat, cultum domus Dei sublimem in breui futurum in Slauiā, & ne deficerent animis, habentes duram patientiam ob spem meliorum. Valedicens ergo sacerdoti uenerabili Brunoni, & cæteris quos eidem loco præfecerat, & confortās manus eorum in Domino, reuersus est Falderam, ubi infra septem dies correptus est uirga Dei, et adeo paralyſi diſſolutus est, ut manus eius et pes, totu in deniqꝫ latus dextrum exaruerint, quodqꝫ omnibus miserabilius fuit priuatus est officio linguæ. Conſturbati sunt hoc ſpectaculo omnes qui uiderant, uirum ſcilicet incomparabilis ſacundia, Doctorem magnum, exuberantem uerbo ſacræ exhortationis, & ueritatis deſenſione, ſubito lingua membrisque deſtitutum, & per omnia factum inutilem. Quā diſſonæ ergo fuerint populorum ſententiæ, quā temeraria multorum nomine tenus iudicia religioſorum, piget reminiſci, nedum uerbis proſequi. Dicebant, quia Dominus dereliquit eum, nec intendebant ſcripturæ dicenti: Beatus qui corripitur à Domino. Dolebant autem irremedicabili dolore omnes qui erant in Faldera & Cuzelina, maximè uero ij qui in has terras primi cum eo uenerant, & conſenuerant cum eo, ſub pondere diei & æſtus. Adhibebatur autem ægroto Medicorum opera, inefficax tamen, prouidente ſcilicet diuinitate meliora de eo, & uiciniora ſaluti. Diſſolui enim & eſſe cū Chriſto multo eſt melius. Duobus ergo annis & dimidio uerſatus eſt in lecto ægritudinis, nec ſedere nec iacere contentus. Curabatur autem propenſius fratrum diligentia, præbentium ei neceſſaria corporis, & ad Eccleſiæ eum deferentiū. Nunqꝫ. n. miſſarum ſolennijs, uel cōmuni-

nioni

*Vicelinus paralyſi correptus, etiā linguæ et ſermonis uſus deſtitutus eſt.*

alioni sacrę abesse uoluit, nisi forte infirmitas grauior obsti-  
tisset. Tantis Dñm gemitibus, & interno cordis clamore  
cōpellabat, ut aspicientes uix à fletu temperauerint. Gu-  
bernabat eo tempore domum Prior eiusdem loci, uenera-  
bilis Eppo, uir magni in Christo meriti. Porro Cuzelinā  
& Ecclesias quę in Wagira erant, regebat Dominus Lu-  
dolfus, ille, inquā, qui olim in Lubeke multos propter Eu-  
angelii Christi labores pertulerat. Huic prępositurā Cu-  
zelinā, dum adhuc sanus esset, episcopus cōmendauerat.

## De emporio Lubicensi

inhibito per Heinricū Leonem, Cap. LXXVII.

**V**Na ergo dierū allocutus est Dux Comitē Adolfum *Sulciam ger-*  
dicēs. Perlatum est ad nos iam pridem, quod ciuitas *manica uoce*  
nostra Bardewich magnā diminutionē ciuiū patiat̃ ppter *pro salinis*  
Lubicēse for̃, eo quod mercatores oēs eō cōmigrant. Idē *dixit.*  
conqueruntur ij qui sunt Luneburg quod Sukia nostra  
deuorata sit propter Sulciam quam cōepistis habere Tho-  
deslo. Rogamus ergo ut detis nobis medietatē ciuitatis *Heinricum*  
uestre Lubeke, et Sulcię, possimusq; tolerabilius ferre de *Leo, prohibe-*  
solationē ciuitatis nostre. Aliqn pręcipiemus ne fiāt mer- *bet Lubicen-*  
catiōes de cetero in Lubike. Nō. n. ferendū est nobis, ut p *semporiū,*  
pter aliena cōmoda, desolari patiamur hęreditatem patrū *ne officiat*  
nostroz. Sed cū renueret Comes, reputās incautā sibi hu- *Bardewico.*  
iuscemodi conuentionē, mādauit Dux, ne de cetero habe-  
re for̃ Lubike, nec esset facultas emendi siue uendēdi, ni-  
si ea tātum quę ad cibum pertinent. Et iussit mercimonia  
transferri Bardewich ad subleuandam ciuitatem suam.



*Salinae in Thodeslo oblata, ne officia terræ Wagirensi in offensionem, & profectuum impediret Luneburgensibus.*

Sed & fontes Salis qui erant Thodeslo, ipso tempore ob-  
 turari fecit. Et factum est uerbum istud Comiti nostro &  
 terræ Wagirensi in offensionem, & profectuum impedi-  
 mentum.

# De instauratione episco- patus Racedburgensis, Cap. LXXVIII.

*Euermodus  
 2. episcopus  
 Racedburgē  
 sis. Primus fu-  
 erat Aristo,  
 post quē an-  
 nis plus 84.  
 sedes uaca-  
 uit.*

**N**EC hoc prætermittendum uidetur, quòd dilatan-  
 te Deo fines Ecclesiæ, ordinatus est in Racedburg  
 episcopus Dominus Euermodus præpositus de Magde-  
 burg, deditq; ei comes Polaborum Henricus insulam ad  
 inhabitandum prope castrum. Præterea trecentos man-  
 sos resignauit Duci dandos in dotem episcopij. Porro de-  
 cimas terræ recognouit Episcopo, quarum tamen medie-  
 tatem recepit in beneficio, & factus est homo episcopi,  
 exceptis trecentis mansis, qui cum omni integritate tã re-  
 dituum q̃ decimarum sunt Episcopi; Interfuit his rebus  
 agendis Dominus Ludolfus præpositus de Cuzelina, &  
 dixit ad Comitem, præfente Comite nostro Adolfo; Quo-  
 niam Comes terræ Polaborū benefacere cœpit erga Pon-  
 tificem suum, decet ut noster Comes nō faciat minorem  
 partem suam. Ampliora enim de ipso præsumenda sunt,  
 utpote de homine literato, habente scientiam rerum  
 Deo placentium. Tunc Comes noster secutus factum Co-  
 mitis Polaborum, remisit de beneficio suo trecen-  
 tos mansos, qui oblati sunt per manus Ducis  
 in dotem Aldenburgeris episcopatus.

## De obitu Vicelini epif-

copi &amp; eius miraculis, Cap. LXXIX.

POST hæc abiit Dux noster in Italiam cum Rege pro Corona Imperiali. Quo absente Vicelinus episcopus ingrauescente morbo, diem clausit extremum. Obiit autē 2. Idus Decembris, Anno uidelicet incarnati uerbi, 1154. *Mors Vicelini.* Sedit autem in episcopatu annis quinque, hebdomadibus nouem, Corpus eius tumulatum est in Falderensi Ecclesia præsentē scilicet Domino Racisburgensi episcopo, & officium consummante. Agebatur ergo intensius memoria boni patris tam in Faldera quàm in Cuzelina. Fuitq; præfixum curatoribus, quid singulis diebus dari deberet in eleemosyna pro remedio animæ eius. Fuit autē in Cuzelina sacerdos quidam Volchardus nomine, minister mensæ, quiq; primus ad Falderam cum Domino Vicelino uenerat, industrius in actionibus extrinsecis. Hic ergo eleemosynas pro boni sacerdotis anima constitutas dare neglexit, parcus in rebus supra quàm necesse esset. Apparuit ergo uenerabilis Pontifex mulieri cuidam consistenti in pago Sigeberg, circūamictus cultu sacerdotali, dixitque ad eam: Vade & dic Volchardo Sacerdoti, quia impiè agit circa me, subtrahens ea quæ pro remedio animæ meæ fratrum mihi deuotio supputauit. Cui mulier: Quis inquit Domine uitam uobis atq; linguam donauit? Nonne fama latius percrebuit uos multis diebus uel annis lingua priuatum, postremo etiam morte defunctum? Vnde ergo hæc? Quam ille blando uultu consolans ita est, ait,

*Mors Vicelini.*

*Apparitio defuncti, ad confirmandā superstitionē.*

ut loqueris. Sed hæc melius nunc instaurata recepi. Nūcia ergo memorato sacerdoti, ut celerius adimpleat quod subtraxit, quin etiam hoc adiunges, ut nouem officia expleat post me. Et his dictis recessit. Vbi ergo nūciata sunt hæc sacerdoti, abiit Falderam cōsulere super uerbo hoc. Interrogatus autem, confessus est culpam, iuxtam sermonem uiri Dei, promisitq̃ meliorationem. Porro de nouem officijs post eum à sacerdote complēdis, nobis diuersa cōmentantibus, ueritas incognita fuit, sed rei euentus uerbum quod latebat, citius aperuit. Idem enim presbyter, nouem post Episcopum hebdomadibus uixit, declaratumq̃ est septimanas officijs præsignatas. Sed et hoc commemorare deuotio persuadet, quod uir clarissimus Epopo, Pontifici pro uite reuerentia ualde familiaris existens, incōsolabiliter lugebat, p̃ defuncti patris absentia. Quod cum multis diebus ageret, sæpe dictus Pontifex uirginicuidam castæ & simplici, in somnis astitit dicens: Dic fratri nostro Epponi, quatenus cesset flere, quia bene sum, et fletibus eius condoleo, ecce enim lacrymas eius in uestibus meis porto. Dixerat hæc, & ostendit ei uestem niuei candoris totam lacrymis infusam. Quid dicam de illo nobis notissimo, cuius supprimo nomen, ita enim placuit, eo q̃ adhuc superstes sit, & habitet in Faldera, uelitq̃ latere. Hic post mortem Pontificis necdum expletis triginta diebus, audiuit eum in uisione dicentem, repositā sibi requiē cum famosissimo illo Bernhardo Clareuallensi. Cui cum diceret: Vtinam uos essetis in requie, ille respondit: Sum, Dei gratia, & uos quidem credidistis me mortuum. Ego autem uiuo, & semper præterea uixi. Grata profecto nec onerosa fiet deuoto lectori unius adhuc rei descriptio, quam

*Helmoldi singulari studium in commendando episcopo suo Nicelmo.*



quam in laudem Dei, & commendationem Pontificis gestam, multorum probat memoria. Erat in Falderensi Parochia in uilla quę dicitur Horgene matrona quędam Adelburgis nomine, Pontifici propter uitę simplicitatem admodum familiaris. Hanc postmodum luminibus orbam, uenerabilis pater consolari frequentius assuevit, adhortans eam, uirgam paternę correptionis patienter sustinere, nec deficere in tribulationibus, oculos scilicet ei in cęlo repositos esse repromittens. Post transitum ergo Pontificis uix annus emensus est, uiditque mulier illa in uisione nocturna, assistentem eum sibi, & de statu salutis ipsius solícite percunctantem. Cui illa, quę mihi, inquit, Salus, quę in tenebris sum, & lumen non uideo. Vbi quęso Domine consolationes tuę, quibus oculos meos in cęlo repositos dicebas? Ego autem protrahor in hac miseria, & cęcitas inueterata perdurat. Noli, ait, diffidere de gratia Dei nostri. Statimque prætendens signum uenerabile Crucis oculis eius impressit, adhibens benedictionem. Mane ergo factō euigilans fœmina, sensit ex operatione Dei cum tenebris noctis pulsas tenebras cęcitatís. Tunc exiliens estrato mulier, prona cecidit in terram, exclamās in gratiarum actione, & dedignata ducē, proprios direxit gressus ad Ecclesiam pulchrum de illuminatione sua præbens spectaculū oibus notis et amicis. Fecitq; postmodū de manu ppria uelū ad operiēdum sepulcrę Pōtificis in testificationem et monumentum illuminationis suę. Multa quidem & alia fecit Dominus per uirum hūc laudabilia, dignaq; relatu, quę non sunt scripta in libro hoc. Faldera ergo, Pontificis magni letetur honore, Virtutes animo cōtegat

ossa solo. Vos quoq; qui residetis in architriclinio Ecclesie Lubikanæ, excipite uirum hūc, uirum, inquam, quem meri narratione uobis propino, ideo utiq; mera, quia uera. Neq; enim hoc dissimulare penitus ualebitis, quia prius in ciuitate uestra noua, erexit lapidem in titulum fundens oleum desuper.

## De electione Geroldi

Aldēburgensis episcopi. Item de expugnatione Terdonæ, & fatua legatione Romanorum ad Imperatorem Fridericum, Cap. LXXX:

**P**OST transitum Viceolini Episcopi, fratres de Faldera recesserunt à subiectione Aldenburgensis episcopatus, ob laboris fastidium, & elegerunt sibi prapositum Dominum Epponem, uirum sanctum. Porro episcopalis electio Domino Duci reseruata est. Fuit autem eo tempore Sacerdos quidam Geroldus nomine, Sueuia natus, parentibus non infimis, Capelanus Ducis, scientia diuinarū scripturarum adeo imbutus, ut neminem in Saxonia uideretur habere parē, in corpore pusillo magnanimus, Magister scholę in Brunswich, & Canonicus urbis eiusdem, familiaris Principi propter continentiam uitę. Præter mundiciem enim cordis Deo cognitam, castissimus habebat in corpore. Propositum ergo habens habitum assumendi monachicum in loco qui dicitur Ridegeshusen sub obedientia Abbatis Conradi, ad quem ipsi erat germanus sanguis & amor, Hærebat autem in curia Ducis, corpore magis

*Geroldus 12.  
episcopus Aldenburgensis.  
primus Lubicensis.*

magis quàm animo. Vbi ergo fama uulgauit Vicelinum episcopum obijisse, Domina Ductrix allocuta est Geroldum sacerdotem, Si tibi propositum est seruiendi Deo sub austeritate uitæ, assumito tibi laborem utilem & lucrosum, et perge in Slauiam, et sta in opere in quo fuit Vicelinus episcopus: hoc enim faciens & tibi & alijs proderis. Omne bonum si in commune deductum fuerit, maius bonū est. Accersiuit ergo Domina per literas Ludolfum præpositum de Cuzelina, commendatumq; sacerdotem transmisit cum eo in Wagirensē terram, eligendum in Episcopum. Accessitq; petitio Principis, clerici plebisq; cōcors electio. Aberat tunc forte episcopus qui consecraret episcopum: ille enim duci ab initio infensus, tunc uero amplius insidiabatur calcaneo eius, eò quod dux occupatus esset expeditione Italica, & communita sunt aduersus eū castra Episcopi Stadhettuorden, Horeborg, Friburg. In diebus illis Orientalis Saxonie Principes & aliqui de Bauaria, conspiracyōis ut dicebatur gratia, condixere colloquiū, euocatusq; Archiepiscopus occurrit eis in saltu Bohemico. Quo postea reditum maturāte, uetitus est à Ducibus redire in Parochiam suam, exclususq; mansit toto pene anno in orientali Saxonia. Surgens ergo noster electus abiit post eum in Saxoniam, quælitumq; reperit apud Marcipolim, Aldenburgensem episcopatum in alteram personam demutare parantem. Enimuero præpositum quædam in partibus illis, bene erga se meritum, hoc honore remunerare decreuerat, magna quædam, sed superuacua de diuitijs huius episcopatus iactitans. Audito ergo aduentu Domini Geroldi, perturbatus est animo, cœpitq; uelle irritare electionem, prætendens immaturā

*Emulatio in  
ter Hartuici  
cū Archiepi  
scopum Bre  
mensē, &  
Heinricum  
Leonem.*



Ecclesiam & personis adhuc quasi uacuam, sine sui per-  
 missione, nec eligere nec discernere quicquid posse. At nos-  
 tri ostendere coeperunt, raturum esse opus electionis, quā  
 perfecisset postulatio Principis, cōcordia Cleri, aptitudo  
 personæ. Tunc Archiepiscopus, non est, inquit, huius tē-  
 poris uel loci talium explanatio, expediet hanc causam, cū  
 rediero, Bremense Capitulum. Videns ergo electus, Ar-  
 chiepiscopum aduersantem sibi, remisit Ludolfum præpo-  
 situm, & eos qui cum ipso uenerant in Bagiram, ipse ue-  
 ro succinctus abiit in Sueuiā, designaturus Duci per nun-  
 cium suum de statu suo. Cui dux remandauit ut celerius  
 ueniret in Longobardiā, ueluti processurus cum ipso Ro-  
 mam. Quo mandatis parente, in exeundo Sueuia, incur-  
 tus est à latronibus, amissosque uiatico, gladio grauiter uulne-  
 ratus in frontē est. Nec his præpeditus, uir æstuantis animi,  
 pfectus est itinere coepit, perueniensque Terdonā, ubi erāt  
 castra regis, benigne susceptus est à Duce & amicis eius.  
 Porro rex & uniuerſi Principes expugnabant Terdonā,  
 & obſeſſa est ciuitas diebus multis. Ad ultimū capta ciui-  
 tate, fecit deponi muros eius, & adæquari solo. Inde pfectus  
 scente exercitu, fecit Dux episcopū nostræ comitari secū in  
 Italiā, ut offerret eū Dño Papæ. Miserunt ergo Rom. lega-  
 tos ad regem in castra, qui dicerent ei paratū esse senatū,  
 & uniuerſos ciues urbis, ad excipiendū eum cū triumphali-  
 bus pompis, siquidem Imperatorio more sese exhibuisset.  
 Quo percūctante modū quo sese exhibere deberet, illi aie-  
 rūt, Regem propter imperiale fastigiū Romā uenientem  
 decet uenire more suo, hoc est, in curru aureo, purpuratū,  
 agentem præ curribus suis tyrānos bello subactos, & diui-  
 tias gentiū. Præterea oportet eum honorare urbem, quæ  
 caput orbis est, & mater Imperij, & dare senatui quæ edi-

*Terdonā ob-  
 ſeſſa et capta  
 ab imp. Fri-  
 derico, &  
 æquata solo.*

*Legatio Ro-  
 manorum ad  
 imp. Frideri-  
 cum.*

*Romani for-  
 mam ueteris  
 sue recip. ſol-  
 miant.*

Etis præfixa sunt, uidelicet quindecim milium libras argenti, ut per hoc suscitentur animi senatus ad beneuolentiam, & exhibeant ei honorem triumphalem, & quem electio principum Regni creauit Regem, autoritas senatus perficiat Cæsarem. Tunc Rex subridens, grata, inquit, promissio, sed cara emptio. Magna requiritis o uiri Romani, de exinanita camera nostra. Puto autem quia occasiones queritis aduersum nos, imponendo non imponenda, Consultius uero agetis, si his omisis, amicitia potius nostræ quàm armorum cœperitis experimentū. At illi pertinacius instabant dicentes: iura ciuitatis nullatenus irritanda, sed gerendum morem senatui, alioquin aduentanti claustra urbis obijcienda.

## De coronatione Imperatoris Friderici, & disceptatione inter Papam & Cæsarem, Item de strage Romanorum, Cap. LXXXI.

**H**is auditis Rex missa legatione per summos & honorabiles uiros accersiuit Dominum Adrianum Papam in castra, propter participationem consilij. Siquidem Romani Papam in multis offenderant. Veniente ergo eo in castra Rex festinus occurrit, & descendenti de equo tenuit strepam, duxitq; per manum eum in tentorium. Facto autem silentio locutus est Dominus Bauem-  
bergensis Episcopus uerbum ex ore regis & principum  
dicens, Honorabilem sanctitatis tuæ præsentiam, Apostolice Pontifex, sicut iam dudū sitienter desiderauimus, ita nunc lætanter suscipimus, gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qui nos deduxit & adduxit in hunc locū, &

*Oratio episcopi Bambergensis ad Papam ut coronet imp. Fridericum.*

sanctissima uisitatione tua dignos fecit. Notum ergo tibi esse cupimus Reuerende pater, quia omnis hæc Ecclesia de finibus orbis propter honorem regni collecta, adduxerunt Principem suum ad tuam beatitudinem, prouehendum ad culmen Imperialis honoris, uirum nobilitate generis conspicuum, animi prouidentia instructum, uictorij foelicem, præterea etiam in his quæ ad Deum pertinent præpollentem, obseruatorem sanæ fidei, amatorem pacis & ueritatis, cultorem sanctæ Ecclesiæ, super omnia uero sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam amplexatur ut matrem, nihil negligens eorum quæ ad honorem Dei, & Apostolorum Principis exhibenda maiorum iubet traditio. Dat huic rei credulitatem humilitas nunc exhibita. Enim uero uenientem te suscepit intrepidus, & applicitus sanctissimis uestigijs tuis, fecit ea quæ iusta sunt. Restat ergo Domine Pater, ut & tu circa ipsum peragas ea quæ tua sunt, ut ea quæ de plenitudine culminis Imperialis ei desunt, per Dei gratiam tuo opere suppleantur. Adhæc Dominus Papa respondit: Verba sunt frater quod loqueris. Dicis Principem tuum condignam Beato Petro exhibuisse reuerentiam. Sed Beatus Petrus magis uidetur in honoretum: denique cum dexteram deberet tenere strepam, tenuit sinistram. Hæc cum per interpretem regi nunciata fuissent, humiliter ait: Dicite ei, quia defectus hic, non fuit deuotionis sed scientiæ. Non enim tenendis strepis magnopere studium dedi: enim uero ipse, ut memini, primus est cui tale obsequium dependi. Cui Dominus Papa, Si quod facillimum fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima? Tunc rex aliquantisper motus, ait: Vellem melius instrui, unde mos iste inoleuerit, ex beneuolentia,

*Superba Papæ resposio.*

*O graue delictum, & inextinguibile.*

*Disceptatio Papæ cum Cesare, quod pro dextra strepa tenuisset sinistram.*



tiā, an ex debito? Si ex beneuolentia, nil causari habet Dominus Papa, si uacillauerit obsequiū, quod de arbitrio non de iure sublitit. Quod si dicitis, quia ex debito primæ institutionis hæc reuerentia debetur Principi Apostolorum, quid interest inter dexteram strepam & sinistram, dum modo seruetur humilitas, & curuetur Princeps ad pedes summi Pontificis. Diu itaq; acriterq; disputatum est. *Vide diaboli cā superbiā.* Postremo discesserunt ab inuicem sine osculo pacis. Timentes ergo ij, qui columnæ regni esse uidebantur, ne forte rebus inactis, frustra laborassent, multa persuatione euerūt cor regis, ut Dominum Papam reuocaret in castra. Quem redeūtem suscepit rex integrato officio. Omnibus autem exhilaratis, & conuentioni adgaudentibus, Dixit Dominus Papa: Adhuc superest quod facere debeat Princeps uester. Requirit beato Petro Apuliam, quam Wilhelmus Siculus per uim possidet. Quo facto, ueniat ad nos coronandus. Responderunt Principes, dicentes: Diu est quo fuimus in castris, & tu dicis, tibi Apuliam requiri, & sic demum ad consecrationem ueniri? Dura sunt hæc, & supra uires nostras. Quin potius impleatur opus consecrationis, ut pateat nobis reditus patriæ, respiceremus que paululum de labore: postmodū expediti redibimus, expleturi quod nunc faciendum restat. Moderante ergo Deo, sub quo curuantur qui portant orbem, celsit Apostolicus, & assensus est postulationi Principum. Facta q; concordia affederunt in consilio, acturi de introitu urbis, & cauendis insidijs Romanorum. Eo tempore accessit Dux noster ad Dominum Papam, rogansq; eum pro consecratione Aldēburgenſis electi, Qui cum modestia recusauit dicens, libenter se facere postulata, si posset fieri sine

*Spiritus homicidij.*

*Papa. n. postulat ut imp. Apuliam bello Rom. sedi repetat.*

*Responsio Principum.*

*Papa tandem coronat Cæsarem Fridericum.*

iniuria Metropolitani, Nā Dominus Hammenburgensis Papam literis prauenerat, rogans eum abstinere huic consecrationi, quæ sibi uerecunda foret.

Cum ergo appropinquarent urbi, misit rex clam noctu nongentos Loricatos ad domum beati Petri, unā cum legatis Domini Papæ, qui perferentes mandata ad custodes, intromiserunt milites per posticum infra domū & arces. Mane ergo facto uenit Rex cum omni exercitu, præcedensq; Dominus Papa cum Cardinalium numero, suscepit eum ad gradus, & intrantes domum beati Petri, aggressi sunt opus consecrationis. Porro miles armatus stabat circa templū & edem, obseruans regē quousq; cōsummarentur mysteria. Postq; autē perfectū est in eo o-

*Coronatio  
Imperatoris.*

*Romani fas-  
ta eruptio  
ne ex urbe,  
exercitū Im-  
inuadunt.*

*Romani cæsi  
ab exercitu  
Imperatoris.*

*Geroldus  
Aldenburgē  
sis episcopus  
à Papa conse-  
cratur,*

pus Augustę dignitatis, egre ssus est muros urbis, et miles lassitudine grauis cibo relictus est. Inter prædendū, Late ranēses facta eruptione, trāsgressi sunt Tyberim, & primū quidem castra Ducis quæ muris erant cōtigua turbaerunt, uociferansq; exercitus de castris proruit ad oblistendum. Et factum est bellum potens in illa die. Illic dux no-ster fortiter dimicauit in capite, Romani uicti passi sunt ruinam magnam. Post factam uictoriā, magnificatum est nomen Ducis, super omnes qui erant in exercitu. Volens ergo Dominus Papa honorare eum, transmisit ei munera, præcepitq; nuncio, dicens : Dic ei, quia crastina, si Dominus uoluerit, electum eius consecrabo, Et latatus est Dux de promissione. Mane ergo facto, fecit Dominus Papa publicam solennitatem & consecrauit nobis episcopum cum magna gloria.

# De suspendio Vero

## nensium, Caput LXXXII.

**R**eductis ergo Romanis in gratiam Papæ, Cæsaris  
 expeditio retorlit iter ad reditum, & deferentes Ita-  
 liam uenerunt in Longobardiam. Qua nihilominus  
 postposita, uenerunt Veronam, ubi contigit Cæsarem  
 cum exercitu graue incurrisse discrimen. Siquidem Vero-  
 nensium lex est, Imperatori Longobardiam egredienti,  
 pontem nauibus sternere in flumine quod dicitur Edeſa,  
 cuius impetus instar torrentis uiolentus, nemini uadotus  
 est. Cum ergo transisset exercitus, statim pons ille à flumi-  
 nis impetu raptus est, Properansq; exercitus, uenit ad an-  
 gustiam uia, cui Cluſa nomen est, ubi inter scopulos cœlo  
 contiguos, iter ad eo inter arcum trahitur, ut duobus pa-  
 riter incedentibus, commeatum uix præbeat. At Vero-  
 nenses supercilium montis occuparant; missisq; iaculis, ne  
 minem transire sinebant. Requirebant autem ab Impera-  
 tore, quid pro salute sui met atq; suorum dare uellet. Cæ-  
 sar ergo tam flumine quàm montibus undiq; cinctus, in-  
 credibile dictu est, qualiter animo consternatus fuerit, In-  
 gressusq; tabernaculum, discalciatus pedes, adorauit co-  
 ram uiuifico ligno crucis Domini. Nec mora, diuinitus in-  
 spiratus inuenit consilium. Fecit ergo uocari eos qui de  
 Verona secum erant, & ait ad illos: ostendite mihi callem  
 absconditum, qui ducit in supercilium montis, alioquin iu-  
 bebo effodi oculos uestros. At illi timentes, detexerunt ei  
 abditos ascensus montis, statimq; conscendentes fortissia-  
 mi militum superuenerunt hostibus à tergo, & disiectos

*Athesis flui-  
uius.*

*Veronenses  
Imperatorii  
angustis Al-  
pium uiam in-  
tercludentes,  
capti & su-  
spensi.*



Hoc erat Im-  
peratore cū  
exercitu scia-  
licet sub iu-  
gū mittere.

pugna, comprehendunt nobiles eorum, & perduxerunt eos in conspectum Caesaris. Qui fecit eos suspendio affici. Sicq̃ remotis offendiculis exercitus perrexit itinere suo.

# De reconciliatione epi-

scoporum Hartuici & Geroldi, & nonnulla  
de hospitalitate Slauorum,  
Cap. LXXXIII.

Tenuis ini-  
tia episcopa-  
tus Geroldi.

Post hæc episcopus noster, accepta à Duce licentia, secessit in Sueuiam, ubi uenerabiliter ab amicis susceptus, & per dies aliquot retentus, diuertit in Saxoniam. Deinde transmissa Albia uenit in Wagiram, ingressurus laborem cui mancipatus fuerat. Deniq̃ ingressus episcopatum non inuenit stipendia, quibus uel ad unum mensem sustentari posset. Siquidem Falderensis domus post mortem beatæ memoriæ Vicelini episcopi, commodo simul & quieti consulens, ad Hāmenburgensem Ecclesiā sese trāstulerat. At Ludolfus præpositus & fratres in Hogerestorph satis sibi esse iudicabant, ut Episcopum ingredientem & egredientem hospitio colligerēt. Sola domus Bozoë stipendijs episcopalibus deseruiebat, uacua admodum & inculta. Visitans ergo episcopus & alloquens filios Ecclesiæ suæ, regressus est Albiā, locuturus Archiepiscopo, penes Staden. Quem cum Archiepiscopus ob fastum elationis diutius protraheret, essetq̃ difficilis admissio,

\*  
In hoc pagō  
Bozoë, uel  
Buzouu, Hel-  
moldus huius  
historiæ scri-  
ptor, mini-  
ster ecclesiæ  
fuisse dicitur.

missio, dixit episcopus noster ad Abbatem de Reddege-  
husen, & ceteros qui secum uenerant : Quid hinc reside-  
mus fratres? Eamus uidere faciem hominis. Et nil trepi-  
dans, ingressus est ad Principem : accepitq; osculum sine  
uerbo salutationis. Ad quem noster episcopus, mihi, ait,  
non loquimini? Quid peccaui, ut non merear saluari? De  
mus, si placet, arbitros, qui iudicent inter nos. Veni, ut sci-  
tis, Marcipolim, postulaui benedictionem, et renuistis. Ne-  
cessitate ergo compulsus abij Romam, impetraturus ab  
Apostolica sede, quæ mihi negata sunt à uobis. Iustior er-  
go mihi est irascendi ratio, qui mihi onerosam itineris hu-  
ius necessitatem imposuistis. Ad quem Archiepiscopus:  
quæ, inquit, tam ineuitabilis causa uos propulit Romam,  
ad subeundum uiaë laborem & expensas sumptuum? An  
quia in regione longinqua positus, postulationem uestrà  
ad faciem Ecclesiæ nostræ distulisti? Distulistis, ait noster  
episcopus, ueluti infirmaturus causam nostram, hoc enim  
ut uerum fateamur, uerbis apertius persecutus estis. Sed  
gloria Deo, qui perfecit nos in ministerio suo, laboriosa  
quidem sed grata asseductione. Tunc Archiepiscopus, A-  
postolica, inquit, sedes, potestate sua, cui certè obniti non  
possumus, usa est in consecratione uestri, quæ ad nos iu-  
re spectabat. Sed huic iniuriæ rursus prouidit remedium,  
designando nobis per literas, nihil in hoc facto authorita-  
ti nostræ de uestra subiectione subtractum. Respondit e-  
piscopus, Scio quidem, nec diffiteor hoc ita esse ut dicitis,  
& ob hoc ipsum ueni, ut exhibeam me in his quæ digna  
sunt uobis, ut sopiantur discordiæ, & instaurentur ea quæ  
pacis sunt. Iustum quoq; arbitror, ut nobis quæ subiecta  
sunt sentientibus, prouideatis sustentationis adminiculū.

*Hartunicus  
Archiepiscopus  
pui, episcopi  
Geroldū ne  
salutare qui-  
dem digna-  
tur.*

*Expostulatio  
Geroldi.*

Recöciliatio  
 Geroldi Al-  
 denburgensis  
 episcopi, cum  
 Archiepisco-  
 po Bremensi.

Militantibus enim debentur subsidia. Et his dictis statue-  
 runt ad inuicem amicitias, promittentes alterutrum in ne-  
 cessitatibus opem uicariam. Inde digrediens episcopus  
 noster Geroldus, abiit Bremam, occursurus Duci. Ille  
 enim offensus Fresonibus qui dicuntur Rustri, uenit Bre-  
 mam in kalendis Nouembris, & fecit comprehendere quot  
 quot ad forum uenerant, & substantias eorū diripi. Inter-  
 rogatus autem à Duce Præful noster, qualiter susceptus  
 fuerit ab Archiepiscopo, locutus est bona de eo, & studuit  
 lenire animum eius circa Episcopum. Inueteratæ enim  
 Archiepiscopo inimicitia, quæ dudum fuerant inter eos, eo tempore in-  
 pus Bremen- uenerunt locum grassandi, eo quod Archiepiscopus omi-  
 sis, reus maie- sisset Italicam protectionem, transgressor iuramenti,  
 statis, cuiusq; esset q̃ reus maiestatis. Vnde etiam Legatus Imperatoris  
 pœna ueniens Bremam, occupauit omnes curtes episcopales, &  
 quæcunq; reperisset addidit fisci uiribus. Idem factum est  
 Curtes dixit  
 pro prædictis. Othelrico Halberstatensi episcopo. Redeuntem ergo Du-  
 cem Brunswig persecutus est noster episcopus, & egit  
 Vastitas ur- cum eo festum Natalis Domini. Quo expleto, rediit Epi-  
 bis Alden- scopus in Wagiram assumpto Germano suo Abbate de  
 burgensis. Redegeshuse, & abiit Aldenburg acturus diem solenne  
 Epiphaniæ in loco Cathedrali. Erat autem urbs de-  
 ferta penitus, non habens mœnia uel habitatorium paruum  
 lum, quod sanctæ memoriæ Vicelinus ibidem erexerat.  
 Illic in asperrimo frigore in cumulo niuis officium peregi-  
 mus. Auditores nulli de Slauis, præter Pribizlaū, & pau-  
 cos admodū. Expletis mysterijs sacris, rogauit Pribizlaus  
 ut diuerteremur in domum suam, quæ erat in loco remo-  
 tiori. Et excepit nos cum magna alacritate, fecitq; nobis  
 conuiuium lautum. Mensam nobis appositam uiginti fer-



cula cumularunt. Illic experimento didici, quod ante fama uulgante cognoui, quia nulla gens honestior Slauis in hospitalitatis gratia. In colligendis enim hospitibus omnes *Hospitalitas Slauorum* quasi ex sententia alacres sunt, ut nec hospitium quencumque postulare necesse sit. Quicquid enim agricultura, piscationibus seu uenatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt, eo fortiore quemque quo profusiorē iactant, cuius ostentationis affectatio multos eorum ad furta uel latrocinia propellit. Quæ utique uiciorum, apud eos *Querere ut absument, ab sumpta requirere certant,* quidem uenialia sunt: excusantur enim hospitalitatis paliatione. Slauorum enim legibus accedens, quod nocte fueris, crastina hospitibus disperties. Si quis uero, *Atque ipsi uenitijs sunt aliena uices.* quod rarissimum est, peregrinum hospitio remouisse deprehensus fuerit, huius domum uel facultates incendio consumere licitum est, atque in id omnium uota pariter conspirant, illum inglorium, illum uilem, & ab omnibus exhibendum dicentes, qui hospiti partem negare non timuisset.

## De conuersione Slauo-

rum in Aldenburgensi diocœsi, & destructo atque exusto luco & alylo idoli ipsorum, per Gerdum episcopum, Cap. LXXXIII.

**M**Anētes autē apud Regulum nocte illa, cū die ac nocte subsequenti, transiimus in ulteriorem Slauiam, hospitati apud potentem quendam, cui nomen Theffemar: is, n. nos accersierat. Accidit autem ut in transitu ueniremus in nemus, quod unicum est in terra illa: tota enim in

*Lucus & asy-  
lum dedicatiū  
à Slaus Deo  
ipsoꝝ Pro-  
ne, in terra  
Aldenburg.*

planiciem sternitur. Illic inter vetustissimas arbores uidimus sacras quercus, quæ dicatæ fuerant Deo terræ illius Prouen, quas ambiebat atrium & sepes accuratior lignis constructa, continens duas portas. Præter penates enim & idola quibus singula oppida redundabāt, locus ille sanctimonium fuit uniuersæ terræ, cui flamen & feriationes & sacrificiorum uarij ritus deputati fuerant. Illic enim secunda feria populus terræ cum flamine & Regulo conuenire solebant propter iudicia. Ingressus Atrijs omnibus inhibitus nisi sacerdoti tantum, et sacrificare uolentibus, uel quos mortis urgebat periculum: his enim minime negabatur Asylum. Tantam enim sacris suis Slauī exhibent reuerentiam, ut ambitum fani nec in hostibus sanguine potlui sinant. Iurationes difficilimè admittunt. Nam iurare apud Slaus quasi periurare est, ob inuicem Deorum irā.

*Varia Idola  
aria Slauoꝝ*

Est autem Slaus multiplex idolatrię modus; non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consensunt. Hi enim simulacrorum imaginarias formas prætendunt de templis, ueluti Plunense idolum, cui nomen Podaga; alij syluas uel lucos inhabitant, ut est Proue deus Aldenburg, quibus nullæ sunt effigies expressæ. Multos & duobus uel tribus uel eo amplius capitibus exculpūt. Inter multiformia uero Deorum numina, quibus arua, syluas, tristitias, atq; uoluptates attribuunt, non diffitentur unum Deum in cœlis cæteris imperitantem, illum præpotentem cœlestia tantum curare. Hos uero distributis officijs obsequentes de sanguine eius processisse, & unumquenque eo præstantiorem, quo proximior illi Deo Deorum. Venientibus autem nobis ad nemus illud & prophanationis locum, adhortatus est nos episcopus

ut ualenter accederemus ad destruendum lucum. Ipse quoq; desiliens equo contriuit de conto insignes portarum frontes, & ingressi atrium, omnia septa atrij congestimus circum sacras illas arbores, & de strue lignorum iniecto igne fecimus pyram, nō tamen sine metu, ne fortē tumultu incolarum obrueremur, sed diuinitus protecti sumus. Posthac diuertimus ad hospitium ubi Thessemar suscepit nos cum magno apparatu. Nec tamen dulcia uel iucunda nobis fuerunt Slauorum pocula, eo quōd uideremus compedes & diuersa tormentorum genera quæ inferabantur Christicolis de Dania aduectis. Aspeximus illic sacerdotes Domini captiuitatis diutina detentione maceratos, quibus episcopus nec ui nec prece subuenire poterat. Proxima die Dominica, conuenit uniuersus populus terræ ad forum Lubicense, & ueniens Dominus Episcopus habuit uerbum exhortationis ad plebem, ut relictis idolis, colerent unum Deum qui est in cœlis, & percepta baptismatis gratia renunciarent malignis operibus, prædis scilicet & interfectionibus Christianorum. Cumq; perorasset ad plebem, innuentibus cæteris, ait Pribizlaus: uerba tua, ô uenerabilis Pontifex, uerba Dei sunt & salutis nostræ congrua. Sed qualiter ingrediemur hanc uiam, tãtis malis irretiti? Vt enim intelligere possis afflictionem nostram, accipe patienter uerba mea: Populus enim quē aspicias, populus tuus est, & iustum est nos tibi pãdere necessitatem nostram. Porro tui iuris erit compati nobis, Principes enim nostri tanta seueritate grassantur in nos, ut propter uectigalia & seruitutem durissimam, melior sit nobis mors quàm uita.

*Helmoldus  
cũ episcopo  
suo Geroldo,  
& socijs, lucum et asyli  
idoli Prouen  
destruunt &  
excurrunt.*

*Slauorũ cr  
delitas in ca  
ptiuos Chris  
tianos.*

*Concio Episcopi*

*Conquestio  
Pribizlai,  
et Slauorum,  
quod immo  
dicis tributis  
onerati, non  
possint colere  
Christum,  
sed cogantur  
ad furta &  
latrocinia*

Ecce hoc anno, nos habitatores breuissimi anguli hu-



ius, has mille Marcas duci persoluimus. Porro Comiti tot centenaria, & necdum euicimus, sed quotidie emūgimur & premimur, usq; ad exinanitionē. Quomodo ergo uacabimus huic religiōi nouā, ut ædificemus Ecclesias & percipiamus baptisma, quibus quotidiana indicitur fuga? Si tamen locus esset quo diffugere possemus. Transeuntibus enim Trauenam, ecce similis calamitas illic est: Venientibus ad Penim fluuium, nihilominus adest. Quid ergo restat quā ut omīssis terris feramur in mare, & habitemus cū gurgitibus? Aut quæ culpa nostra, si pulsi patria, turbauerimus mare, & acceperimus uiaticum à Danis siue institoribus qui mare remigant? Nonne principum erit hæc noxa qui nos propellunt? Ad hæc Dominus Episcopus ait: Quod Principes nostri hætenus abusi sunt gēte uestra non est mirandum, non. n. multum se delinquere arbitrantur in idolatris, & in his qui sunt sine Deo. Quin potius recurrite ad ritū Christianitatis, & subijcite uos creatori uestro: sub quo curuantur qui portant orbem. Nonne Saxōes & cæteræ gentes quæ Christianum nomen habent, degunt cū tranquillitate, cōtenti legitimis suis? Vos uero soli, sicut ab omnium discrepatis cultura, sic omniū patetis direptioni. Et ait Pribizlauus, Si Domino Duci, et tibi placet, ut nobis cū Comite eadē sit culturæ ratio, dentur nobis iura Saxonum in prædijs & redditibus, & libenter erimus Christiani, edificabimus Ecclesias, & dabimus decimas nostras. Post hæc abiit Episcopus noster Grolodus ad Ducē propter colloquium prouinciale quod laudatum fuerat Ertheneburg, & euocati uenerunt illuc Reguli Slauorum ad tempus placiti. Tunc adhortante

*Responsio  
Episcopi:*

*Laudatū, id  
est, conditū.*

tate

tate. Ad quem Niclotus Regulus Obotritorum ait: Sit <sup>Henricus</sup>  
 Deus qui in cœlis est, Deus tuus, esto tu Deus noster, & <sup>Leo, Dux Saxoniae, hortatur Slauorum</sup>  
 sufficit nobis. Excole tu illum, porro nos te excolemus.  
 Et corripuit eum Dux de uerbo blasphemiae. De promotione uero episcopatus & Ecclesiae, nihil amplius eo tempore actum est, eo quod nuper Italia rediens, totus quæ <sup>Regulos, ut suscipiant religionem Christianam.</sup>  
 stui deditus esset. Camera enim erat inanis & uacua. Redeuntem ergo Ducem Brunswich persecutus est, & mansit apud eum diebus multis. Dixitque ad Ducem. Ecce iam toto anno in curia uestra sum, & sic uobis oneri. In Wagiram quoque ueniens non habeo quod manducem. Cur ergo im- <sup>Querela episcopi Geroldi, quod non habeat unde sustentetur.</sup>  
 posuistis mihi onus nostris huius uel officij? Melius mihi multo fuit antea quam nunc. His provocatus Dux, accersiuit Comitem Adolphum, & habuit cum eo rationem de trecentis mansis, qui oblati fuerant in dotem Episcopi. Tunc designauit Comes episcopo in possessionem, Vthinæ & Gamale, cum appendicijs eorum. Insuper prædio quod dicitur Bozoz, adiecit duas uillas Gothesfelde & Bobitze. In Aldenburg quoque dedit ei prædium commodum satis & adiacens foro. Et ait Comes. Eat Dominus Episcopus in Wagirā, & adhibitis uiris industrijs æstimari faciat prædia hæc, quod de fuerit de trecetis mansis ego supplebo, quod superfuerit, meum erit. Veniens ergo Episcopus, uidit possessionem, et habita inquisitione cum colonis, deprehendit prædia hæc, uix centum mansos continere. Quamobrem Comes fecit <sup>Geroldus episcopus tandem possessiones quasdam suo episcopatus imperpetrat.</sup>  
 mensurari terram funiculo breui, & nostratibus incognito, præterea paludes & nemora funiculo mensus est. Et ita fecit maximum agrorum numerum. Perlata ergo causa ad Ducem, adiudicauit Dux Episcopo dari mensuram iuxta morem terræ huius, nec mensurandas paludes

Monasteriū  
Cuzelinæ,  
rursus trans-  
latum in Se-  
geberg.

aut sylvas robustiores. Multum ergo laboris adhibitū est in requirendis prædijs his. Non per ducem aut Episcopū, requiri potuerunt, usq; in hodiernum diem. Hæc autem quæ prædixi, conquiliuit Geroldus Episcopus, quotidie insistens Principibus, oportunè, importunè, ut suscitaretur scintilla episcopalis nominis in Wagira. Et ædificauit ciuitatem & forum Vthing, fecitq; sibi domum illic. Quia autem congregatio Clericorum non habebatur in Aldenburgenſi episcopatu, præter eam quæ erat Cuzelinæ, quæ alio nomine dicitur Hogerestorph, annuente duce fecit eos transmigrare Segeberg ad locum primæ fundationis, quatenus in solennitatibus quando Pontificē oportet esse in populo haberet in Clero supplementum. Quod licet Ludolfo præposito & fratribus uideretur incommodum, propter tumultus fori, cesserunt tamen consilio maiorum, cui refragari locus non erat. Et fecit illic domum episcopus. Inde progrediens adiit Archiepiscopum, cui etiā multa obsequia depēdit, sperās sibi reddi Falderense monasteriū, qđ antecessor eius et fundasse et possedisse dinoscitur. Sed Archiepiscopus in partem Ecclesiæ suę prior, callidis spōsionibus deduxit uiræ, pmittens ac inducans, ac tēpus redimens. Mandauit autē Reuerendissimo uiro Epponi Præposito, ne penitus retraheret manū à subsidio nouellæ Ecclesiæ huius, sed subueniret Episcopo, tã in personis quã in cæteris adiumentis. Quamobrem episcopus noster accersiuit de Faldera Brunonem sacerdotem, is enim defuncto Vicelino, Slauia decesserat, & transmisit eum Aldenburg, ut curaret salutem populi illius. Ad quod nimirum opus ille diuino suscitabatur instinctu. Viderat namq; nocturna uisione Chrismale in manibus suis,



fuls, de cuius operculo succreuerat nouella plena uiroris,  
 quæ confortata ualidam creuit in arborem. Quod nimi- *Bruno uoca-*  
 rum pro sententia eius ita obuenit. Statim enim ut uenit *tus Aldenbur-*  
 Aldenburg, aggressus est opus Dei cum magno feruore, *gum ad pasto-*  
 et uocauit gentem Slauium ad regenerationis gratiam, *ris officium,*  
 succidens lucos & destruens ritus sacrilegos. Et quia ca- *multos Slaui-*  
 strum & ciuitas quæ olim Ecclesia et sedes cathedralis fue- *rum conuer-*  
 rat, deserta erat, obtinuit apud Comitem ut fieret Saxo- *tit ad Chri-*  
 num Colonia, et esset solatium sacerdoti de populo cuius *stum.*  
 non esset lingua & consuetudinem. Et factum est hoc no-  
 uellæ Ecclesiæ non mediocriter adiumentum. Siquidem æ- *Aldenburg*  
 dificata est Ecclesia honestissima in Aldenburg, libris, & *facta Saxo-*  
 signis & cæteris utensilibus copiosè ordinata. Et restaura- *num colonia.*  
 tus est cultus domus Dei in medio nationis prauæ ac per-  
 uersæ, anno quasi Nonagesimo post excidium prioris Ec-  
 clesiæ, quod contigit occiso Godescalco pio Principe. Et  
 dedicata est Ecclesia à pontifice Geroldo in honore San-  
 cti Iohannis Baptistæ, astante & omnem deuotionem ad-  
 hibente nobili Comite Adolfo, & Domina Machtildi ei-  
 us pijsima coniuge. Et præcepit Comes populo Slaui-  
 um ut trāsferrent mortuos suos tumulandos in atrium  
 Ecclesiæ, & ut conuenirent in solennitatibus ad Ecclesiā,  
 audire uerbum Dei. Quibus & sacerdos Dei Bruno iux-  
 ta creditam sibi legationem sufficienter administrauit uer-  
 bum Dei, habens sermones conscriptos uerbis Slaui-  
 cis, quos populo pronunciaret oportunè. Et inhibiti sunt Sla-  
 ui de cætero iurare in arboribus, fontibus & lapidibus, sed  
 offerebant criminibus pulsatos sacerdoti, ferro uel uome-  
 ribus examinandos. In illis diebus Slaui quendam Danū  
 suffixerunt cruci, Quod cum Bruno sacerdos renuncia- *di.*

*Volus consue-*  
*tudo, innocē-*  
*tiam ignito*  
*ferro probā-*

set Comiti, ille uocauit eos in causam, & damno multauit, tulitq; genus illud supplicij de terra. Videns ergo Geroldus episcopus, quia in Aldenburg positum esset fundamentum bonū, suggessit Comiti ut in pago qui dicitur Susle sciscitaretur Ecclesia. Et miserunt illuc de Falderensi domo Deilanus sacerdotem, cuius spiritus scribebat labores & pericula in prædicatione Euangelij, missusq; uenit in speluncam latronum, ad Slauos qui habitant iuxta flumen Crempine. Erat autem illic piratarum latibulum familiarum. Et habitauit inter eos sacerdos, seruiens Domino in fame & siti, et nuditate. His ita peractis, oportunum uidebatur ut ædificaretur Ecclesia in Lucelenburg, & Rathecoue, & abierunt illuc episcopus & Comes, & signauerunt atria ædificandis Ecclesijs. Creuit ergo opus Dei in Wagirensi terra, & adiuuerunt se Comes & Episcopus opem uicaria. Circa id tempus reædificauit Comes castrum Plunnen, & fecit illic ciuitatem & forum. Et recesserunt Slauī qui habitabant in oppidis circumiacentibus, & uenerunt Saxones & habitauerunt illic. Defeceruntq; Slauī paulatim in terra. Sed & in terra Polaborum multiplicatae sunt Ecclesiae instantia Domini Euermodi Episcopi & Henrici Comitis de Racisburg. Veruntamen prædas Slauorum necdum inhibere poterant, siquidem adhuc mare transfretabant, & uastabant terram Danorum, nec dum recesserant à peccatis patrum suorum.

*Slauis paulatim abolitis, Saxones succedunt.*

## De renouato bello inter

Daniæ reges, Kanutum, Vualdemarum, & Suenonem, eiusq; exitu, Cap. LXXXV:

Dani

**D** An̄ semper bellis laborātes domesticis, ad forinsecā  
 bella nullam habuere uirtutem. Nam Suein Danorū  
 rex, & uictoriarū prosperis successibus, & Cæsaris  
 authoritate firmatus in regnum, gente sua crudeliter abu- *Supra ed. 74*  
 sus est, propter quod ulciscēte Deo, nouissima eius infor- *Pœna tyrannidis.*  
 lici exitu conclusa sunt. Videns autem Kanutus æmulus  
 eius, murmur populi aduersus Suein, misit & uocauit  
 Waldemarum, qui fuit patruelis & adiutor Suein, & so-  
 ciauit eum sibi, data ei sorore in coniugio. Certior ergo fa- *Kanutus & Vualdema-  
rus, sedus in-*  
 ctus de auxilio eius, innouauit aduersus Suein consilia ma- *eunt contra*  
 la. Cū ergo esset Suein rex in Seland, uenerunt impro- *regē Danie*  
 uisi cum exercitu Kanutus & Waldemar, ut debella- *Suenonem.*  
 rent eū. Ille ergo propter crudelitatem suā desertus ab o-  
 mnibus, quia non habuit uires configendi, cū uxore & fa- *Fuga Sueno-*  
 milia fugit ad mare & transfretauit in Aldenburg. Quo *nis.*  
 recognito, Comes Adolfus uehementer extimuit, uirum  
 scilicet potentissimum, cuius frenum in maxillis populo-  
 rum omnium Borealium nationum, repente delectum.  
 Cupienti ergo transire per terram suam multam exhibu-  
 it Comes humanitatem, diuertitq; in Saxoniam ad focer-  
 um suum Conradum Marchionem de Within, & man-  
 sit illic annis ferè duobus. In tempore illo dux noster Hein-  
 ricus adiit Curiam Ratisponæ ad recipiendum ducatum *Heinricus*  
 Bauariæ. Siquidem Frethericus Cæsar eūdem ducatum *Leo, dux Sa-*  
 patruo suo abstulit, & reddidit duci nostro, eo quod fide *xonia, ducan-*  
 lem eum in Italica expeditione, & cæteris negocijs regni *tum Bauariæ*  
 persenserit. Et creatū est ei nomen nouū, Heinricus Leo, *per Impera-*  
 dux Bauariæ & Saxonie. Peractis ergo rebus ad uotum, *torem Frid-*  
 Ducem curia redeuntem, adierunt Principes Saxonie, *ricum recu-*  
 interpellantes ut fieret Suein auxilio, & reduceret eum *perat.*



*Suein redū  
ctus in regnū  
suum, opera  
Henrici Lzo  
nis.*

in regnum suum. Promisitq; duci Suein pecuniam immē  
sam. Collecta ergo maxima militia dux noster hyemali tē  
pore reduxit Suein in Daniam, & statim apertæ sunt ei ci  
uitates Sleswich & Ripa. Non tamen ultra prosperari po  
terāt in negotio. Nam Suein gloriatus sapissimē apud du  
cem, quia ueniētem se cum exercitu Dani ultro essent ex  
cepturi. Quod iuxta sententiam eius minimē celsit. Nul  
lus enim in tota Danorum terra fuit, qui reciperet eum,  
aut occurreret illi. Sentiens ergo ille, refragari sibi fortu  
nam, & omnes refugere à se, dixit ad ducem: Cassus est la  
bor noster, melius est ut redeamus. Quid enim prodest si  
uastauerimus terram, & spoliauerimus innocentes? Vo  
lentibus nobis cum hostibus configere, locus non est, eo  
quod profugiant à nobis, & transeant ad interiora maris.  
Acceptis ergo obsidibus duarum ciuitatum, exierunt Da  
nia. Tunc Suein alia uia & consilio utens statuit transire  
ad Slauos, & utens diuersorio Comitis Lubike, trans  
iit ad Niclotum Principem Obotritorum. Præcepitque  
Dux Slauis in Aldenburg, & in terra Obotritorum, ut  
adiuarent Suein. Acceptisq; natibus paucis uenit pa  
cificus Lalande, & inuenit eos gratulantes de introitu ip  
sius, eo quod ab initio fuerint ei fideles. Inde trāsīit in Feo  
niam, & addidit eam sibi. Dehinc procedēs in reliquas in  
sulas minores, donis atq; promissis addidit sibi q̄ pluri  
mos, cauens insidias, & contutans se in locis firmissimis.  
His ergo recognitis, Kanutus atq; Waldemarus uene  
runt cum exercitu, ut expugnarent Suein, & eijcerent eū  
de terra. At ille confederat in Lalande, paratus ad resi  
stendum, simul etiam adiutus firmitate locorum, Median  
te Dño Helia Pontifice de Ripa, & Principibus utriusq;  
partis,

*Suein duxi  
tio Slauorū,  
reliquā Dani  
am recupera  
re contendit.  
Lalande, par  
ua insula Da  
nie, opposita  
Coppenha  
gia.*

partis, discordiæ ad pacem inclinatæ sunt, & diuisum est *disidentes,*  
 regnum in tres partes, Et data est Waldemaro luthlåde, *reconcilian*  
 Kanuto Seland, Suein Scone, quæ uiris & armis præstan- *tur, diuiso in*  
 tior esse probatur. Cæteras insulas minores, partiti sunt *ter eos re*  
 cuilibet pro sua oportunitate. Et ne pactiões irritarētur, *gno.*  
 iuramentorum adhibita sunt sacramenta. Post hæc Kanu *Perfidia Sue*  
 tus & Waldemar<sup>us</sup> fecerunt conuiuium maximū in Se- *nonis.*  
 lande, in ciuitate quæ dicitur Roschilde, & inuitauerūt co- *Kanutus op*  
 gnatum suum Suein, ut exhiberentei honorem & recrea- *pressus in cō*  
 tionem, & consolarentur eum super omnibus malis quæ *uiuio ab hoste*  
 irrogauerunt ei in die hostis & belli. At ille pro ingenta *male recon-*  
 sibi crudelitate, ubi conuiui<sup>o</sup> affedit, & uidit reges conui- *ciliato. Lucu*  
 uas impauidos, & omni suspitione uacuos, cœpit rimari *lentam & co*  
 aptum insidijs locum. Tertia ergo die conuiuij, cū iam *piosam huius*  
 tenebræ noctis adessent, annuente Suein, allati sunt gla- *historiæ de*  
 dij, & insilientes regibus incautis, Kanutum repente con- *scriptionem,*  
 fodiunt. At ubi percussor leuauit ictum in caput Walde- *uide apud Sa*  
 mari, ille fortius exiliens, lumen excussit, & saluante Deo, *xonem Dano*  
 in tenebris elapsus est, uno tantum uulnere faucius. Fugi *rū historicū*  
 ens ergo in Iuthlande, uniuersam commouit Daniā. Tūc *lib. 14.*  
 Suein contraxit exercitum de Selande, & insulis maris, *Suein rex Da*  
 & transfretauit in Iuthlande, ut expugnaret Waldema- *niæ sœdis fra*  
 rū. At ille producto exercitu, occurrit ei in manu ualida, *gus, interfici*  
 & commissum est prælium non longe à Wiberge, & occi- *tur in acie.*  
 sus est Suein in die illa, & omnes uiri eius pariter, & obiti- *Waldema*  
 nuit Waldemar<sup>us</sup> regnum Danorum, & factus est mo- *rus potitur*  
 derator pacis, & filius pacis. Et cessauerunt intestina præ- *regno Da*  
 lia, quibus multis annis laborauerat Dania. Et composuit *niæ. Apud*  
 amicitias cum Comite Adolfo, & honorauit eum, secun- *hunc Vualde*  
*marū fuit Sa*  
*xo Grāmati*  
*cuz, insignis*  
*Danorum hi*

dum quod reges fecerunt qui ante eum fuerant.

# De ædificatione Le-

wenstat, & restitutione emporij Lubicensis, Cap. LXXXVI.

*Lubica exu-  
sta.*

*Leuvenstat  
Oppidum cō-  
ditum ab Hē-  
rico Leone.*

*Instauratio  
urbis & em-  
porij Lubicē-  
sis.*

**I**N diebus illis Lubicensis ciuitas cōsumpta est incendio, & miserūt institores & cæteri habitatores urbis ad du-  
cem, dicentes, Diu est, ex quo inhibitum est forum Lu-  
bike, autoritate iussione uestre. Nos aut̃ hactenus deten-  
ti sumus in ciuitate hac, spe recuperandi fori, in beneplaci-  
to gratiæ uestre; sed nec ædificia nostra, multo sumptu ex-  
laborata nos abire sinebant. Nunc uero consumptis domi-  
bus, superuacuū est reedificare in loco ubi nō sinitur esse  
forum. Da ergo nobis locum construendi ciuitatem, in lo-  
co qui tibi placuerit. Rogauit ergo Dux Comitem Adol-  
fū, ut permitteret sibi portū et insulam Lubike. Quod il-  
le facere noluit. Tunc ædificauit Dux ciuitatem nouā su-  
per flumen Woichenicze, non lōge à Lubike, in terra Ra-  
cesburg, cœpitq; ædificare & communire. Et appellauit  
ciuitatem de suo nomine Leuēstad, quod dicitur, Leonis  
ciuitas. Sed cū locus ille minus esset idoneus & portu &  
munimēto, nec posset adiri, nisi nauibus paruis, Dux itera-  
to sermone cœpit cōuenire Comitem Adolsum, super in-  
sula Lubicensi & portu, multa spōdens, si uolūtati suę pa-  
ruisset. Tādē uictus comes, fecit qđ necessitas imperabat,  
& resignauit ei castre & insulā. Et tunc, iubente Duce, re-  
uersi sunt mercatores cū gaudio, desertis incōmoditatib;  
nouę ciuitatis, & cœperūt reedificare ecclesias & mœnia ciui-



ciuitatis. Et transmisiſit Dux nūcios ad ciuitates & regna a-  
 quilonis, Daniā, Suediam, Norwegiā, Ruglā, offerens eis  
 pacem, ut haberent liberum com meatum adeundi ciuita-  
 tem suam Lubeke. Et statuit illic monetā & teloneum, &  
 iura ciuitatis honestiſſima. Ab eo tēpore prosperatū est o-  
 pus ciuitatis, & multiplicatus est numerus accolarū eius.

*ius ciuitatis  
 Lubicensis,  
 conditum ab  
 Henrico Leo  
 ne.*

## De Obsidione Medio-

lanensium, Item de proscriptione Slauorum,  
 Cap. LXXXVII.

**H**is ferme diebus accersiuſit fortissiſſimus Cēsar Fretheri-  
 cus oēs Principes Saxonie, in obsidionē Mediolanē-  
 sis ciuitatis. Opus ergo fuit Ducem nostrū negocijs  
 publicē rei solēniter adesse. Quapropter cœpit sopire di-  
 scordias, quæ erant intra ducatū, sapienter præcauens, ne  
 tumultus aliquis consurgeret in Principum ceterorumq;  
 nobiliū absentia. Transmissis aut nuncijs, uocauit regem  
 Danorū Waldemarū ad colloquiū, & iunxit cum eo ami-  
 citias. Et rogauit Rex Ducē, ut faceret sibi pacem de Sla-  
 uis, qui sine intermissione uastabant regnū eius, et pactus  
 est ei amplius q̄ mille Marcas argenti. Quāobrem præce-  
 pit Dux Slauos in præsentia suā uenire, Niclotū scilicet et Heinricus  
 cæteros, & adstrinxit eos præcepto & iuramēto, ut serua-  
 rent pacē tam Danis q̄ Saxonibus usq; ad reditū suum. Et  
 ut pactiones ratæ essent, iussit omnes piraticas naues Sla-  
 uorū perducī Lubike, & nūcio suo p̄sentari. At illi, ppter  
 solitæ temeritatis ausum, & uicinitatē Italicę expeditiōis,  
 paucas admodū naues, et easdem uetustiſſimas obtulerūt,

*Leo, in Italiam  
 profecturus,  
 pacem Slauis  
 imperat.*

*Slauorum in  
 genus.*

ris quæ bello apte erant, callidè retentis. Igif Comes, per  
manum seniorum terræ Baglrensis, Marchradum scilicet  
& Hornonem, conuenit Niclotum, & exegit ab eo cū  
beneuolentiā, ut fidem terrę suæ exhiberet illibatā. Quod  
ille fide digna compleuit. In hunc modum rebus compo-  
sitis, profectus est Dux in Longobardiam, cum mille, ut a-  
iunt, loriceis, habens in comitatu suo Adolsum Comitem,  
& multos nobiles Bauariæ atq; Saxonie. Et peruenerūt  
ad exercitum Regis, qui obsederat præsidium quod dici-  
tur Crumnæ, pertinens ad Mediolanenses, munitum ual-  
de. Et morati sunt toto pene anno in expugnatione præsi-  
diij, feceruntq; machinas multas, & ignium faculationes.  
Nouissime expugnato præsidio, Cæsar conuertit exerci-  
tum ad Mediolanum, dux uero accepta licentiā, reuersus  
est in Saxoniam. At Comes Adolfus, rogatus iuit in Angliā,  
cum cognato suo Domino Reinoldo, Coloniensi electo,  
qui functus est legatione publica ad regem Anglorū. Et  
contristati sunt tam Clerus q; populus terræ nostre, pro-  
pter diutinam absentiam boni Patroni, Slaui enim de Al-  
denburg & Mikilinburg, compotes sui propter absentiam  
Principum uiolauerunt pacem in terra Danorum: fuitq;  
terra nostra in tremore à facie regis Danorum. At noster  
episcopus Geroldus, tum per se tum per nūcios iram re-  
gis mitigare studuit, inducijs tēpus redimens usq; ad ad-  
uentum ducis & Principum. Redeūte ergo Duce & Co-  
mite, præfixum est colloquium prouinciale omnibus Mar-  
comannis, tam Teutonicis quā Slaui, in loco qui dici-  
tur Berenuorda, Rex quoq; Danorum Waldemar us-  
que ad Ertheneburg, & conquestus est Duci omnia  
mala, quæ intulerant sibi Slaui præuaricatores mādati pu-  
blici.

Obsidio Crū-  
nae castelli  
Mediolanen-  
sum.

Slaui, absenti-  
bus Principi-  
bus, pacem  
uolant.

blici. Et timuerūt Slaui uenire in præsentiam Ducis, eo quod culpæ suæ essent conscij. Et dedit eos dux in proscriptiōnem, & fecit omnes suos paratos esse ad expeditionem temporis. Tunc Niclotus uidens animum ducis contra se fixum in malum, proposuit primū irrumpere Lubeke, & misit filios suos eō cum insidijs. Eo autem tempore habitauit Lubeke sacerdos quidā uenerabilis nomine Athelo, huius domus uicina erat Ponti, qui transmittit flumen Bochenize uersus Austrum. Is forte parari fecerat fossam longissimam ad conducendū riuū, qui erat longiuscule. Insidijs ergo Slaui festinantes ut præriperent potestatem, impediti sunt fossa; passiq; sunt errorem in quærendo tractu. Quod uidentes ij qui erāt de domo sacerdotis, clamauerūt uoce ualidiori, & conterritus sacerdos, occurrit ualenter ex aduerso. Exercitus uero iam erat in medio Pontis, & portam penè apprehenderat, sed celerrime missus à Deo sacerdos pontem de catena leuauit, & in hunc modum exclusa sunt latenter subinducta pericula. Quo audito, dux posuit illic custodiam militum.

*Henricus  
Leo, Slauos  
propter turbam  
pacē  
proscribit.*

*Lubeke Sla-  
uorum insi-  
dijs iam iam  
capta, per sa-  
cerdotē quen-  
dā saluatur.*

## De expeditione Heinrici

ci Leonis contra Slauos, & interfectione Nicloti Sla-  
uorū Principis, & germanis collocatis in ter-  
ram Slaui, Cap. LXXXVIII.

Post hæc intrauit Dux Henricus terram Slaui in manu ualida, & uastauit eam igne & gladio. Et uidēs Niclotus uirtutem Ducis, succendit omnia castra sua, ui-



*Henricus  
Leo, Nicloti  
Slavorū Prin-  
cipem, bello  
persequitur.*

delicet Ilowe, Mikilinburg, Zuerin, & Dobin, præcauens  
obsidionis periculum. Vnum solum castrum sibi retinuit  
Wurle, situm iuxta flumen Warnou, prope terram Kici-  
ne. Inde exibant per singulos dies, & explorabant exerci-  
tum Ducis, & percutiebant de insidijs incautos. Vna er-  
go dierum, dum exercitus moraretur prope Mikilinburg,  
egressi sunt ad nocendū filij Nicloti, Pribizlauus & Wer-  
tizlauus, & percusserunt quosdam de castris, qui exierāt  
ad frumentandum. Quos insculti fortiores de exercitu,  
comprehenderunt multos eorum, fecitq; dux eos suspen-  
dio affici. Filij autem Nicloti, amissis equis & uiris mello-  
ribus, uenerunt ad patrem. Quibus ille dixit. Ego quidem  
æstimabam me uiros enutrisse, sed isti mulieribus fugacio-  
res sunt. Egrediar ergo ipse, & experiar si forte maiora, p-  
mouere possim. Et exijt cum electorum numero, & col-  
locauit insidias in latibulis prope exercitum. Tunc exie-  
runt pueri de castris ad conquirendum pabulum, et uene-  
runt prope insidias. Porro milites uenerant intermixti ser-  
uis numero quasi sexaginta, omnes induti loriceis sub ue-  
ste intrinsecus. Quod non aduertens Niclotus, equo ue-  
locissimo perlatus est inter eos, conatus quendam perfi-  
gere. Sed lancea pertingens ad loriceam, casto ictu, resis-  
ijt. Volens ergo ad suos reuerti, circumuentus subito  
atque trucidatus est, nemine suorum ipsi præsidium fe-  
rente. Caput eius recognitum, in castra perlatum est, non  
sine admiratione multorum, quod tantus uir tradente  
Deo de omnibus suis, solus ceciderit. Tunc filij eius audi-  
ta morte Patris, succenderunt Wurle, & occultauerunt  
se in nemoribus, familias uero suas transtulerunt ad naues.  
Dux ergo demolitus omnem terrā, coepit edificare Zuea-  
rin,

*Niclotus in  
terficitur à  
frumentato-  
ribus.*

rin , & communire castrum . Et imposuit illic nobilem  
 quendam Guncelinum , uirum bellicosum cum militia . *Guncelinus  
 præfectus  
 Suerinto.*  
 Post hæc redierunt filij Nicloti in gratiam Ducis , & de-  
 dit eis Dux Wurle , & omnem terram . Porro terram  
 Obotritorum diuisit militibus suis possidendam . Et col- *Heinricus  
 Leo Dux Sa-*  
 locauit in Castro Cuscin , Ludolfum quendam Aduoca- *xoniæ, dele-*  
 tum de Brunswich . Apud Melicon , fecit esse Ludolfum *tis Slauis Ob*  
 de Paina . Zuerin , & Ilinburg , Guncelino commendauit . *otritis, in lo*  
 Porro Mikilinburg dedit Heinrico cuidam nobili de Sca- *cum eorum*  
 then , qui etiam de Flādrīa adduxit multitudinem populo- *Saxones &*  
 rum , & collocauit eos Mikilinburg , & in omnibus termi- *alios germa-*  
 nis eius . Et posuit dux episcopum in terra Obotritorum *nos collocat-*  
 Dominum Bernonem , qui defuncto Emmehardo , Ma- *Berno, 3. epi*  
 gnopolitanæ præsedet Ecclesiæ . Porro Magnopolis ipsa *scopus Me*  
 est Mikelenburg . Et subscripsit in dotem Magnopolitanæ *kelburgensis*  
 Ecclesiæ trecentos mansos , sicut antea fecerat Racesbur-  
 gēsi & Aldenburgenſi Ecclesiæ . Et facta postulatione , ob-  
 tinuit apud Cæsarem auctoritatem episcopatus suscitare , *Inuestitura*  
 dare , & confirmare in omni terra Slauorum , quam uel i- *episcoporum*  
 pse uel progenitores sui subiugauerint in clypeo suo & *in Slauia, Du*  
 iure belli . Quamobrem uocauit Dominum Geroldum Al- *ci Saxonie*  
 dēburgenſem , Dominū Euermodum Racisburgenſem . *permissa ab*  
 Dominum Bernonem Magnopolitanum , ut reciperent *Imperatore*  
 ab eo dignitates suas , & applicarentur ei per hominij ex- *Friderico*  
 hibitionem , sicut mos est fieri Imperatori . Qui licet hanc  
 impositionem difficillimam iudicarent , cesserunt tamen  
 propter eum qui se humiliauit propter nos , & ne nouella  
 ecclesia caperet detrimentum . Et dedit eis Dux priuile-  
 gia de possessionibus , & de redditibus , & de iusticijs . Et  
 præcepit Dux Slauis qui remanserant in terra Wagiroz ,

*Tributa Sla-  
uorum.*

*Germani mi-  
grant in Sla-  
uorū terrā.*

Polaborum, Obotritorum, Kycinorum, ut soluerent redi-  
tus episcopales, qui soluuntur apud Polanos atq; Pome-  
ranos, hoc est, de aratro tres modios siliginis, & duode-  
cim nummos monetæ publicæ. Modius autem Slauorum,  
uocatur lingua eorum Curitze. Porro Slauicum aratrū  
perficitur duobus bobus & totidem equis. Et auctæ sunt  
decimationes in terra Slauorum, eo quòd confluerent de  
terrīs suis homines Teutonici ad incolendam terram spa-  
ciosam, fertilem frumento, commodam pascuarum uber-  
tate, abundantem pisce & carne & omnibus bonis.

## Quomodo Albertus

Vrsus in locum Slauorum collocauerit germanicas  
gentes, in Marchia Brandenburgensi,  
Cap. LXXXIX.

*Orientalem  
Slauiam uo-  
cat quæ nūc  
est Marchia  
Brandenbur-  
gensis.*

*Hollandi, Flā-  
dri, & Rhe-  
nenses, mi-  
grarunt in  
Marchiam  
Brandenbur-  
gensē.*

**I**N tempore illo Orientalem Slauiam tenebat Adelber-  
tus Marchio, cui cognomen Vrsus, qui etiam propicio  
sibi Deo, amplissimè fortunatus est in funiculo sortis suæ,  
Omnem enim terram Brizanorum, Stoderanorum, mul-  
tarumq; gentium habitantium iuxta Hauelam & Albiā,  
misit sub iugum, et infrenauit rebelles eorum. Ad ultimū,  
deficientibus sensim Slauis, misit Traiectum & ad loca  
Rheni contigua, insuper ad eos qui habitant iuxta Ocea-  
num, & patiebantur uim maris, uidelicet Hollandos, Selā-  
dros, Flādros, et adduxit ex eis populū magnū nimis, et ha-  
bitare eos fecit in urbibus & oppidis Slauorum. Et con-  
fortatus est uehemēter ad introitum aduenarum Episco-  
patus



patus Brandenburgensis nec non Hauelbergenſis, eo q̃ multiplicarentur Eccleſiæ, & decimarum ſuccreſceret in gens poſſeſſio. Sed & australe littus Albiæ ipſo tempore cœperunt incolere Hollandienſes aduenæ, ab urbe Sale- ueldele, omnem terram paluſtrem atq; campeſtrem ter- *Fortaſſe legē dum Soliwo: dele.* ram, quę dicitur Baſſemerlande, & Marſcinerlāde, ciuita- tes et oppida multa ualde, uſq; ad ſaltum Boëmicum poſ- ſederunt Hollandri. Siquidem has terras Saxones olim inhabitariſſe feruntur, tempore ſcilicet Ottonum, & uideri poteſt in antiquis aggeribus, qui congeſti fuerāt ſuper ri- pas Albiæ in terra paluſtri Baſſamarum, ſed præualentia- bus poſtmodum Slauis, Saxones occiſi, & terra à Slauis uſq; ad noſtra tempora poſſeſſa. Nunc uero quia Domi- *Aduerte uar- rias mutatio- nes gentium.* nus Duci noſtro, & cæteris Principibus ſalutem & uiſto- riam largē contribuīt, Slauī uſquequaq; protriti atq; pro- pulſi ſunt, & uenerunt adducti de finibus Oceani populi fortes & innumerabiles, & obtinuerunt terminos Slauo- rum, & ædificauerunt ciuitates & Eccleſias, & increue- runt diuitijs ſuper omnem æſtimationem.

## De translatione Alden-

burgenſis epiſcopatus in urbem Lubicen- ſem, Cap. XC.

**C**irca id temporis rogauit Dominus Geroldus epiſco- pus ducem, ut ſedes cathedralis, quę antiquitus erat Aldenburg, transferretur Lubeke, eo q̃ ciuitas hæc eſſet populioſior et locus munitior, et omni prorsus aptitudine

*Aldenburgē  
sis episcopa  
tus, rogatu  
Geroldi epi  
scopi, trans  
fertur Lube  
cam, uocatūq;  
sunt deim  
ceps episco  
pi Lubicen  
ses.*

commodior. Quod cum placuisset Duci, cōdixerunt diē,  
quo uenirent Lubeke, ordinaturi de statu Ecclesiæ & epi  
scopatus. Et designauit dux locū in quo fundari deberet  
Oratorium, in titulū Matricularis ecclesiæ, & areas clau  
strales, & statuerunt illic præbendos duodecim Clerico  
rum canonicè uiuentium. Porro tertiadecima Præpositi  
eit. Et dedit episcopus in stipendia, decimas quasdam &  
tantum de redditibus quos soluit Slauiā, quantum præben  
dis sufficeret perficiendis. Et designauit Comes Adolfus  
uillas oportunas prope Lubeke, quas statim dux obtulit  
in usum fratrum, & de teloneo, cuiuslibet fratrum marcas  
Lubicensis moneta: insuper alia quæ priuilegijs conscri  
pta sunt, & in Lubicensi continentur Ecclesia, Et posue  
runt illic præpositum, Dominum Ethelonem, cuius in pa  
gina superiori memoria est cum laude.

## De schismate inter A=

Alexandrum tertium, & Victorem, & de e  
uersione Mediolani, Cap. XCI.

*Contentio de  
papatu inter  
Alexandru  
& Octauia  
num qui Vi  
ctor nomina  
tus est.*

**I**N circulo dierum istorum, defuncto Adriano Papa, or  
tum est schisma in Ecclesia Dei, inter Alexandrum, qui  
& Rolandus, & Victorem qui est Octauianus. Cum er  
go Cæsar expugnaret Mediolanum, uenit ad eum Vic  
tor in castra quæ erant apud Papiam & recepit eum. A  
dunatoq; concilio receperunt eum Reinoldus Colonien  
sis, & Conradus Moguntinus electi, & omnes quos im  
perialis aut timor aut fauor agebat. Porro Alexandrum  
recepit

recepit Hierosolymitana ecclesia & Antiochena, præterea omnis Francia, Anglia, Hispania, Dania, & omnia regna quæ sunt ubiq; terrarum. Insuper Cisterciensis ordo eidem uniuersus accesserat, in quo sunt Archiepiscopi, & episcopi quàm plures & Abbates amplius quàm septingenti, & Monachorum inæstimabilis numerus. Hi singulis annis celebrant concilium apud Cistercium, & decernunt ea quæ utilia sunt. Horum inuincibilis sententia uel maximas uires addidit Alexandro. Quamobrem iratus Cæsar, proposuit edictum ut omnes Monachi Cisterciensis ordinis, qui consistebant in regno suo, aut Victori subscriberent, aut regno pellerentur. Itaq; difficile relatu est, quot patres, quanti monachorum greges, relictis sedibus suis, transfugere in Franciam. Pontifices etiam q̃ plures, sanctitate insignes, in Longobardia, & in uniuerso regno, Principis uiolētia sedibus suis pulsi, et alij superpositi sunt in locum illorū. Postq̃ ergo transierunt obsidionis quinq; uel eo amplius anni, Cæsar obtinuit Mediolanum, & eiecit habitatores eius ex illa, et destruxit omnes turres eius excelsas & muros ciuitatis adæquauit solo: & posuit eam in solitudine. Tunc eleuatum est cor eius nimis, & timuerunt omnia regna terrarum ad famam nominis eius. Et misit ad regem Franciæ Ludouicum, ut occurreret sibi ad colloquium apud Laonam, quæ est in terra Burgundionum, iuxta Ararim fluuium, ad redintegrandam unitatem Ecclesiæ. Et annuit rex Franciæ. Præterea misit nuncios ad regem Daniæ, & ad regem Vngariæ, & ad regem Boëmiæ, ut uenirent ad constitutum diem, insuper omnibus Archiepiscopis et episcopis & summis potestatibus regni sui, & religiosis quibusq; solenniter adesse

*Ordo Cisterciensium.*

*Cisterciensis expulsi ex imperio Ro. per Fridericum Imperatorem.*

*Mediolanum captum & euersum ab imperatore Friderico.*

*Imp. Friderici pium studium in tollendo schismate.*



mandauit. Grandis ergo expectatio erat uniuersorum, ad tam celebrem curiam, quo uterq; Papa, & tanti terrarum reges conuenturiferebantur. Tunc abierunt simul *Waldemar* cum episcopis *Daniæ*, *Hartwichus* Archiepiscopus, *Geroldus* episcopus, & Comes *Adolfus*, cum multis *Saxonie* nobilibus, ad præfixum colloquij locum. Dux uero positus in *Bauaria*, alia uia uenerat. *Ludeuicus* ergo Rex *Franciæ*, cuius præcipue expectabatur aduentus, ubi intellexit Cæsarem appropriare cum exercitu & armis multis, dubitauit occurrere illi. Sed propter fidem Sacramentorum, uenit ad locum placiti cōstituto die, hoc est, in decollatione *Iohannis Baptistæ*, & exhibuit se in pōtis medio ab hora tertia usq; in horam nonam. Porro Cæsar necdum uenerat. Quod rex *Franciæ* accipiens pro omine, lauit manus suas in flumine ob testimonium quasi qui fidem pollicitam reddiderit, & digrediens inde abiit ipso uespere *Duonam*. Veniens ergo noctu Cæsar intellexit regem *Franciæ* discessisse, & misit honorabiles perfonas denuo accersere eum. Sed ille nulla ratione uacare potuit, gratulans se fidem soluiffe, & suspectam Cæsaris manum euasiffe. Ferebatur enim a multis, quod Cæsar eum circūuenire uoluerit, & propter hoc contra pactio- num tenorē armatus aduenerit. Sed ars arte delusa est. *Francigenæ* enim ingenio altiores, quod armis & uiribus impossibile uidebatur, consilio euicerunt. Tunc Cæsar uehementer irritatus, secessit à curia intentans *Francigenis* bellum. *Alexander* Papa confortatus ab eo tempore magis inualuit. *Heinricus* dux declinauit in *Bauariam*. Et cōpositis illic rebus, reuersus est in *Saxoniam*.

*Gallice sro  
phz.*

## De contentione inter

Geroldum episcopū & Holsatos, de decimarum  
augmentatione, Cap. XCII.

**F**Vit ergo in diebus illis pax per uniuersam Slauiam,  
& munitiones quas Dux iure belli possederat in ter-  
ra Obotritorum, cœperunt inhabitari à populis aduena-  
rum, qui intrauerāt terram, ad possidendum eam. Fuitq̃  
præfectus terræ illius Guncelinus, uir fortis & amicus  
Ducis. Porro Heinricus Comes de Razesburg, quæ est in  
terra Polaborum, adduxit multitudinem populorum de  
Westfalia ut incolerent terram Polaborum & diuisit eis  
terram in funiculo distributionis. Et ædificauerunt Eccle-  
sias, & subministrauerunt decimas fructuum suorum ad  
cultum domus Dei. Et plantatum est opus Dei tempori-  
bus Heinrici in terra Polaborum, sed temporibus Bern-  
hardi filij eius abundantiùs consummatum. At uiri Holza-  
ti qui Wagirensium terram propulsis Slauis inhabitabāt  
deuoti quidem in Ecclesiarum constructione, & hospita-  
litate gratia, sed decimis iuxta diuinum præceptum lega-  
liter persolvendis rebelles existerant. Soluebant autem  
mensuras paruulas sex de aratro, quod sibi dicebant per-  
missum pro leuamine, cum adhuc essent in terra natiuita-  
tis suæ, propter uiciniam Barbarorum, & tempus belli.  
Terra autem unde exierant Holsati, pertinet ad Hammē-  
burgensem Parochiā, & est terræ Wagirensis prouincia.  
Vidēs ergo Geroldus episcopus quia Polabi & Obotriti  
qui erant in medio camini æstuantis, soluerent decimarū

*Vuestfali col  
locati in locū  
Polaborum  
à Comite Ra-  
cesburgensi.*

*Geroldi epi-  
scopi, cū Hol-  
zatis suis, de  
decimis disce-  
ptatio.*

suarum legitima, proposuit à suis requirere similia. Cōmu-  
 nicato ergo consilio Adolphi Comitis, indomitos Holzato-  
 rum animos, exhortatorijs per literas uerbis tentare stu-  
 duit. Ad Ecclesiam ergo Burnhouede, quæ alio nomine  
 Zwentiueld dicitur, ubi habitabat Marchradus senior ter-  
 ræ, & secundus post Comitem, & cætera uirtus Holza-  
 torum misit literas in hunc modum, Geroldus Dei gratia  
 Lubicensis ecclesiæ episcopus, uniuerfis ciuibus ad Eccle-  
 am Burnhouede pertinentibus, salutem & debitam dile-  
 ctionem. Quoniam per Dei uoluntatem Ecclesiastica mi-  
 hi dispensatio credita est, & diuina legatione ad uos fun-  
 gor, necesse est ut à bonis ad meliora uos pducere studeā,  
 et ab his quæ sunt salutis animarum uestrarum contraria, uos  
 abstrahere totis nisibus elaborem. Deo siquidem gratias  
 ago, quòd multarum in uobis parèt uirtutum insignia,  
 quòd uidelicet hospitalitati, & alijs misericordiæ operibus  
 propter Deum insistitis, quòd in uerbo Dei promptissimi  
 & in construendis Ecclesijs solliciti estis, in legitimis quo-  
 que ut Deo placitum est, castam ducitis uitam, quæ omnia  
 tñ obseruata nil proderunt, si cetera mandata negligitis,  
 quæ sicut scriptum est: Qui in uno offendit, oim reus est. Dei  
 enim præceptum est, Decimas ex omnib, dabis mihi, ut be-  
 ne sit tibi & lōgo uiuas tēpore, cui obedierūt Patriarchæ,  
 uatos esse pa Abraham scilicet, Isaac & Jacob, & omnes qui secundū fidē  
 triarchas, si facti sunt filij Abraham, per quod laudem etiā & præmia  
 æterna cōsecuti sunt. Apostoli q̄q̄ & apostolici uiri, hoc  
 ipsum ex ore Dei mandauerūt, & sub anathematis uincu-  
 lo posteris seruandū tradiderūt. Cū ergo Dei omnipotentis  
 proculdubio hoc constet esse præceptū, & sanctorum patrum  
 sit autoritate firmatū, nobis id incumbit negotij, ut qd ue-  
 stræ

excepta allega-  
 tio legis Mo-  
 saica cere-  
 monialis,  
 quæ tantū ad  
 iudeos pers-  
 tinuit.

\*

O indoctum  
 in sacris lite-  
 ris pōtificē,  
 qui non lege-  
 rat, fide, non  
 decimis per  
 soluendis sal-  
 uatos esse pa-  
 triarchas, si  
 cut scriptum  
 est, Credidit  
 Abraham Deo,  
 & imputatū  
 est ei ad iusti-  
 ciam.



stræ salutis deest, nostro in uobis opere per Dei gratiâ sup-  
 pleat. Monemus ergo & obsecramus oēs uos in Dño, ut  
 mihi, cui paterna in uos cura commissa est, animo uolenti  
 quasi filij obedientię acquiescatis, et decimas prout Deus  
 instituit, & Apostolica Banno firmauit autoritas, ad am-  
 pliandū Dei cultum, & ad gerendū pauperū curam Eccle-  
 siæ detis, ne si Deo quę ipsi debentur subtraxeritis, & sub-  
 stantiā simul & animā in interitum mittatis æternum.  
 Valete. His auditis tumultuosa gens infremuit, dixerūtq̃  
 se huic conditioni serui nuncq̃ colla submissuros, per quā  
 omne penē Christicolarū genus Pontificum pressuræ sub-  
 iaceat. Pręterea hoc adiecerunt, non multum aberrantes  
 ā ueritate, quod omnes penē decimæ in luxus seculariū  
 cesserint. Quamobrem episcopus uerbum hoc retulit ad  
 ducem. At ille præcepit sub obtentu gratiæ suæ, omni-  
 bus Holzatensibus de terra Bagirensi, ut soluerent epi-  
 scopo decimas cum omni integritate, sicut faciunt in ter-  
 ra Polaborum, Obotritorum, quę recentius incultæ sunt,  
 & ampliori pulsantur formidine belli. Ad hoc præces-  
 ptum Holzati obstinatis animis dixerunt, nuncq̃ se datu-  
 ros decimas, quas patres sui non dedissent, malle se potius  
 succensis ædibus proprijs egredi terram, quā tantæ  
 seruitutis iugum subire. Pręterea Pontificem cum Co-  
 mite & omni aduenarum genere, quod decimarum solu-  
 uit legitima, interficere cogitabant, & terra inflammata,  
 transfugere in terram Danorum. Sed prauarum molimi-  
 narum, Ducis nostri, regisq̃ Danorum præpedierunt  
 innouata fœdera. Laudatum autem fuit, ne quis  
 transfugam alterius reciperet. Quapropter Holzatenses  
 necessitate constricti, præsentē duce cum Pontifice tale

*Holzati recu-  
 sant maiora  
 tributa epis-  
 copo soluere*

*Laudatum fuit  
 it, dixit, pro  
 conuenerat.*

pactum inierunt, ut facerent augmentationem decimarum, & soluerent de manso sex modios filiginis, & octo auene, illius inquam modij qui uulgo dicitur Hemmethe. Et ne succedentium forte Pontificum innouatas paterentur angarias, rogauerunt, hoc Ducis atq; Pontificis sigillo confirmari. Cumq; notarij iuxta morem curiæ, marcam requirerent auri, gens indocta resiliit, & negociũ mansit imperfectum. Eidem quoq; negotio, cõmodis Ecclesiæ magnifice profuturo, magnum attulit impedimentum, & uelox episcopi trãlitus & bellorũ imminens dira tempestas.

## De rebellionem filiorum

Nicloti, Priuizlaui & Wertizlaui, & obsidione, deditiõne & captiuitate Wertizlaui. Cap. XCIII.

*Rebellio filiorum Nicloti.*

**F**ilij em̃ Nicloti Pribitzlauus atq; Wertizlauus, non contenti terra Kycinorum & Circipanorum, aspirabant ad acquirendam terram Obotritorum, quam Dux eis abstulerat iure belli. Quorum insidijs recognitis Guncelinus de Zuerin præfectus terræ Obotritorum, intima uit duci. At ille posuit eos rursus in indignationem & irã, & uenit cum exercitu graui in terram Slauorum hyemali tempore. Porro illi confederant in urbe Wurle, & muniuerunt castrum contra obsidionis impetum. Et præmisit Dux Guncelinum & fortissimum quemq; ut præoccuparent obsidionem, ne forte elaberentur Slau. Ipse uero quantocyus secutus est cum reliquo exercitu. Et obsessa est munitio, in qua fuit Wertizlauus filius Nicloti, & multi

multinobilitium, insuper uulgus promiscuū multum ualde. At Pribizlauus senior natus, cum numero equitū, transierat in abdita nemorū, percussurus de insidijs incautos. Et gauisus est Dux gaudio, eo q̄ Slauī obfirmatis animis expectauerunt eum in munitione, & præbita sit ei facultas obtinendi eos. Et dixit ad iuniores de exercitu, q̄s præliandi stulta cupido incitabat hostem prouocare, et suscitare Bathalias. Quare, quod superuacuum est acceditis ad portas urbis & struitis pericula uobismetipsis. Frustratorij sunt huiuscemodi congressus, atq̄ ruinosi. Quin potius cōsistite in tabernaculis uestris, et habete custodiā obfidionis, ne quis elabatur. Nostri uero studij erit, per Dei gratiam, ut sine tumultu & sine strage urbe potiāmini. Et statim præcepit ex abundanti nemore ligna cōduci & aptari bellica instrumenta, qualia uiderat facta Crimmae siue Mediolani. Fecitq̄ machinas efficacissimas, unam tabulatīs compactā ad perfringendos muros, alteram uero quæ excelsior erat, & in turris modum erecta, superexaltauit castro, ad dirigendas sagittas, & ad abigendos eos qui stabant in propugnaculis. A die em̄ qua erecta est hæc fabrica, nemo Slauorum ausus est proferre caput, aut apparere de propugnaculis. Ipso tempore Wertzislauius grauius uulneratus est de sagitta. Quadam uero die perlatū est ad ducem q̄ Pribizlauus cum turma equitum apparuerit non longe à castris. Ad quem requirendum transmisit Adolfum comitem, cum electa iuuenum manu, qui tota die paludes & nemora oberrantes neminem inuenerunt, de lusi à ductore, qui maiorem hosti q̄ nostratibus fauorem accommodauerat. Præceperat aut̄ Dux pabulatoribus, ne quoq̄ exirent eo die ne forte in hostem inciderent. At Hol

Henricus  
Leo, filios Ni  
cloti rebeliā  
tes obsidet in  
oppido war  
le.

Creman: for  
te intelligit,  
quæ fuerat  
Mediolanen  
sum.

Machina bel  
lica illius tem  
poris.



zatorum quidā, ut sunt ceruicosi, non curauerunt de mandato, & egressi sunt ad frumentandum, & superueniens Pribizlauus, & irruens super incautos, prostrauit ex eis ad centū uiros, reliqui fugerūt in castra. Quapropter Dux ira acriter instimulatus, feruentius urget obsidionē, iamq; munimenta claustrī cœperunt trepidare minaci ruina & suffossionibus dilabi. Tunc Wertzislauus omni spe meliori deposita, accepto conductu, uenit in castra ad Comitem Adolsū, ut acciperet ab eo cōsiliū. Cui respondet Comes: Sera quidem medicinæ consultatio est, quando æger desperatus est. Pericula nunc imminētia, debuerāt antea fuisse prœuisa. Quis, quæso, tibi cōsiliū dedit, ut obsidionis periculū incurreres? Magnā fuit amentīæ, ponere in neruo pedem, ubi non sit diuerticulum, uel ulla euasione molitio. Nil ergo restat nisi deditio. Si quod potest esse salutis compendium, sola deditioe apprehendendum uideo. Et ait Wertzislauus: Fac pro nobis uerbū apud ducem, ut sine periculo uitæ & membrorum damno, admittamur deditioe. Tunc perrexit Comes ad Ducem & alloquens eos in quibus pendebant cōsilia, manifestauit eis negociū. At illi degustata Principis uoluntate, dederunt manus ut quicūq; Slauorum dedisset se in potestatem Ducis, mēbris & uita potiretur, ea tamen cōditione, ut & Pribizlauus ab armis discederet. Tunc conductu clarissimi Comitis exierunt de munitione Wertzislauus, & omnes nobiles Slauorum, et uenerunt ad pedes Ducis uniuscuiusq; ensis super uerticem suum. Et suscepit eos Dux, & reclusit in custodia. Præcepit ergo Dux ut quicūq; Danorum captiui haberentur in castro, potirentur libertate: & exiit de illis multitudo maxima, imprecātes

Deditio &  
captiuitas  
Wertzislaui  
Principis Sla-  
uorum.

Dani Slauo-  
rum captiui,  
liberati à Du-  
ce Heinricho  
Leone.

tes Duci fortissimo bona, pro suimet ereptione. Porro castrum & uulgu ignobile fecit seruari, & præposuit eis Lubemarum quendam ueteranum, fratrem Nicloti, ut præset terræ & sentiret ea quæ subiecta sunt. Bertzis lauum uero Slauorum regulum duxit secum Brunswich, & astrinxit eum manicis ferreis, cæteros uero dispersiuit per custodias, quousq; soluerent nouissimum quadrantē. His ita gestis humiliatæ sunt uires Slauorū, ut recognoscerent quia Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauet occursum. Pribizlauus ergo, qui erat senior natu & acris ingenij, cupiens fratri captiuo subuenire, cœpit per nunciorum manus attentare Principis animum, & rogare ea quæ pacis sunt. Cumq; Dux requireret obsides, ut firma esset sponsionum fides, ait Pribizlauus: Quid opus est Domino meo, ut à seruo suo requirat obsides? Nonne fratrem meum, & omnes nobiliores Slauia retinet in custodia? teneat eos loco obsidū, abutatur eis ut libuerit, si temerauerimus sponsionum fidem. Dum hæc per inter nuncios ageretur, & daretur Pribizlao spes meliorum, aliquantulum temporis fluxerat sine bello, fuitq; pax in Slauia à Martio mense usq; in Calendas Februarij sequentis anni, & omnia castra Ducis erant illæsa. uidelicet Malachou, Cuscin, Zuerin, Ilowe, Mikilinburg.

*Pribizlauus  
fratrem captiuum  
Duci  
obsidis loco  
permittit.*

## De dedicatione Eccle=

siæ Lubicensis, Cap. XCIII.

**E**odem anno Dominus Geroldus, Lubicensis Episcopus, post celebres Paschæ Ferias cœpit infra

mari, & decubuit in lecto ægritudinis, usq; in Kalendas Iu-  
 lii. Orauitq; Deum ut differretur sibi uita, quousq; dedica-  
 retur oratorium Lubicense, et Clerus recenter adunatus  
 conualesceret in statu suo. Nec mora, diuinitus adiutus, di-  
 latus est ad modicum. Adijt ergo Duxem, qui tunc forte  
 uenerat Stadhen, in occursum Archiepiscopi, & contu-  
 lit cum eo de commodis Lubicensis Ecclesiæ. Cuius uer-  
 bis ille condelectatus, monuit ut quâto cyus rediret Lube-  
 ke, paraturus ea quę dedicationi oportuna erant. Et roga-  
 uit Dux Archiepiscopum ut occurreret secum ad confir-  
 mationem officij. Cuius petitioni acquiescens, aggressus  
 est iter in Wagirenses terrâ, & in transitu dedicauit Fal-  
 derensem Ecclesiam, quam sanctæ memoriæ Vicelinus  
 Aldenburgensis episcopus & fundasse & possedisse dino-  
 scitur. Et fecit Archiepiscopus præposito & fratribus illic  
 degentibus bona multa. Præcepitq; ut locus ille de cetero  
 uocaretur nouum monasteriũ. Antea enim Faldera siue  
 Wppenthorp uocabat. Fuitq; loci illius præpositus Her-  
 mannus qui olim etiam Lubeke sub Barbarica tempesta-  
 te multos pertulerat labores, sociatus in prædicatione Eu-  
 angelij Domino Ludolfo Segenbergensi præposito, &  
 Brunoni Aldenburgensi presbytero. Hic ergo Herman-  
 nus successerat in procurationem monasterij noui, uene-  
 rabili uiro Epponi, cuius sanctitas insignis, ab omnib. sem-  
 per pietate recolenda, iam pridem foelicem acceperat con-  
 summationem, Calendis Maij. Perfecta ergo, ut antea di-  
 xi, dedicatione noui monasterij, transijt Dñs Archiepisco-  
 pus Segeberg, & illic usus est diuersorio Comitum Adolphi.  
 Postq; aut uenit Lubeke, suscepit eum Dux & episcopus  
 cū magna gloria, & aggressi sunt opus dedicatiōis, & ob-  
 tulerunt

Wippendorff  
 seu Faldera,  
 appellatur  
 nouum mona-  
 sterium deim-  
 cept.

Deductio Ec-  
 clesiæ Lubice  
 censit.



tulerūt singuli uolūtaria cordis sui, Heinricus Dux, Geroldus Episcopus, & Adolphus Comes, dederuntq; prædia & redditus & decimationes in subsidia Cleri. Commotus autem Archiepiscopus, ut nouum monasterium daret Lubicensi Episcopo, non acquieuit. His rite peractis, reuersus est Archiepiscopus in locum suum; Dux uero ordinatis rebus in Saxonia profectus est in Bauariam, ut sedaret tumultuantes, & faceret iudiciū iniuriā patiētibus.

## De obitu & sepultura

Geroldi Episcopi, Cap XCV.

**I**Nterim sentiens Geroldus uenerabilis Episcopus dilatos ad tempus dolores, rursus incallescere, statuit uisitare omnes Ecclesias suę Diocesis, à nullo petens stipem, ne cui esset onerosus. Paternam ergo gerens sollicitudinem, filiis suis abundanter erogauit monita salutis, errantes corrigens, et discordes compatans, præbens etiam confirmationis gratiam sicubi necesse fuisset. Forum etiam Plunē se quod singulis diebus Dominicis frequentabatur à Slaus, & à Saxonibus, in uerbo Domini prohibuit, eo quòd populus Christianus, deserto cultu Ecclesię & missarum solennijs, mercationibus tantum operam daret. Hanc ergo permaximam idolatriam præter multorū opinionem, animi constantia destruxit, præcipiens sub anathematis districtione, ne quis de cætero suscitaret ruinas eius. Et conuenerunt populi de cætero ad Ecclesias audire uerbum Dei, & interesse sacris mysterijs. Perlustrata ergo omni-

Parochia sua, Dñs episcopus nouissime uenit Lucelēburg  
 cōsolari manentes illi, expletisq; diuinis mysterijs, quali  
 peractio negocio, utribus corporis cœpit repēte destituit  
 Perlatusq; Bozoue multis dieb. lecto decubuit. Nunq̃ tñ  
 missarū solennijs usq; ad diem obitus sui defuit. Fateor nō  
 meminisse, me uidisse uirū magis exercitatū in diuino offi-  
 cio, frequentiore in Psalmodia & uigilia matutina, beni-  
 gniorē Clero, quē nec uerbo passus est à quoq; molestari.  
 Hic quandā personā laicalē, clericū calumniātem fecit a-  
 cerrimē plagari, dans ceteris exemplū ut discerent nō bla-  
 sphemare. Audita ergo boni pastoris egritudine, uenerūt  
 ad eū uenerabiles uiri, Odo Lubicensis Ecclesię Decanus,  
 & Ludolfus prepositus Segebergēsis cū fratrib. utriusq;  
 cōgregationis. Qui cū lecto egrorātis appositū optarent ei  
 dilationē uite, ipse respōdit: Quid precamini mihi, fratres,  
 qđ inutile est? Quantūcūq; uiuā, mors semper restat. Iā  
 nūc utiq; fiat, quod qñdōq; futurū est. Melius est euicisse,  
 quod effugere nemini licitū est. Olibertatem spūs pauore  
 mortis imperterritā. Inter loquendum autē dedit nobis le-  
 ctionē de Psalmo, Latatus sum in his qđ dicta sunt mihi, in  
 domū Dñi ibimus. Interrogatus à nobis quas patereſ mo-  
 lestias, nullos se torsionū dolores sentire p̃fessus est, sed  
 tñ defectū uiriū p̃grauari. Verū cū fratres cōsummatiōis  
 finem imminere uiderent, impenderunt ei sacrae unctio-  
 nis officium, sicq; sacramentis salutaribus communitus,  
 illucescente die, cū tenebris noctis corruptibilē carnis sar-  
 cinam deposuit. Corpus eius Lubeke perlātū à Clero et  
 ciuib. traditū est sepulture in medio Basilicę quam ipse  
 fundauit. Et uacauit sedes Lubicensis usq; in Calendas Fe-  
 brua. eo quòd Dux abesset & expectaretur eius sentētia.

FINIS.

Mors Gerol-  
 di epi, copi  
 Lubicensis.

# HELMOLDI

## Presbyteri & Historici

ECCLESIAE LVBICENSIS, HL  
storiarum Liber Secundus, & imperfectus.

### Præfatio operis sequentis.



Nter descriptores historiarum rari inueniuntur, qui rebus gestis descriptionis fidem integram soluant. Sanè disparilia hominum studia,

plerumque corrupto fonte nascentia, in ipsa narrationis superficie itatim dinosci possunt, dum uidelicet succrescens in corde hominis ueluti superfluitas quædam humorum, indebitus amor siue odium deflectit narratio-

nis impetum, derelicto ueritatis tramite, in dexteram siue in sinistram. Multi enim aucupantes fauorem hominum, palliauerunt se amicitiae ficta quadam superficie, & pro-

pter ambitionem honoris seu cuiuslibet emolumenti, locuti sunt placentia hominibus, ascribentes digna indignis, laudem quibus non debebatur laus, benedictionem quibus non erat benedictio. Quo contra alij odio concitati minus pepercerunt obloquijs, quærentes locum calumnijs, & quos manu nequibant, acrius lingua insectantes. Tales profecto sunt qui ponunt lucem tenebras, & dicunt noctem diem. Sed nec aliquando defuerunt inter scriptores, qui propter damna rerum & cruciatus corporum impie

*Querela  
quod h. storia  
a multis pa  
rum bona fia  
de scribatur.*

*Cause men  
dacionum in  
h. historijs.*

*Amor.*

*Qd diuine*

*Metua*



tates Principum publicare sinuerunt. Venialius autem est, ueritatem tacuisse ob pusillanimitatem spiritus, & tempestatem, quam ob spem inanis lucris finxisse mendacium. In exprimendis ergo actibus hominum, ueluti in exsculpendis subtilissimis cœlaturis, sincerum semper oportet esse considerationis intuitum, qui nec gratia, nec odio, nec pauore, à ueritatis uia deducatur. Quod quia multè peritior est, imo maximæ solertiæ, gubernaculum uidelicet sermonis inter hæc scopulorum impedimenta inconcussum dirigere, diuina mihi pietas diligentius est exoranda, ut quia nauem descriptionis ausu quodam improviso magis quam temerario in altum deduxit ipsa opitulante, & flatus secundos dirigente, perducere merear ad litus debitæ consummationis. Alioquin ob difficultatem ingrauescentium causarum, & deprauatos mores principum, facile perturbabor à timore hominum. Magnæ autem consolationis est firmamentum omnibus ueritati innitentibus, quia ueritas & si nonnunquam impijs odium pariat, ipsa tamen in se inconcussa permanens, non offenditur, sicut agris oculis odiosa lux est, quod non lucis sed agritudinis oculorum culpa dinoscitur. Sed & omnis considerans uultum natiuitatis suæ in speculo, non speculo sed sibi met imputabit, si quid in se prauum aut distortum uiderit. Sequens ergo opusculum sicut & præcedentia, caritati uestræ, o uenerabiles Domini & fratres, præsentibus honorem, futuris de rerum noticia fructum conducere cupiens. Sed & mihi met spero non defuturum quantum libet emolumenti de orationibus magnorum uirorum, qui forte libellum hunc lecturi sunt, qui postulationi meæ non negabunt precum suarum suffragia.

*Veritas.*

*Deest, dedico, aut simile quidpiam.*

De

# De Conrado episcopo

Lubicensi, Item de diluuiio in Frisia &  
Saxonia, Cap. I.

**C**ompositis ergo rebus in Bauaria, Heinricus Leo  
gemino ducatu clarus, reuersus est in Saxoniam, &  
accerfito Clero Lubicensi dedit eis Pōtificem Dñm Con- *Conradus 116*  
radum Abbatem de Reddegeshufen fratrem germanum *Aldenburgē*  
Domini Geroldi episcopi. Quod licet Hartwigo Archiepi *suū, secundus*  
scopo & omnibus pene Lubicensibus esset contrarium, *uero Lubicē-*  
præualuit tamen uoluntas Ducis, cui refragari formidolo *sum episcop-*  
sum erat. Recepit aut sacrum ordinem per manus Hartwi *porum.*  
ci Archiepiscopi, in ciuitate Stradensi. Pollebat aut literatu-  
ra, faciēdia, affabilitate, largitate, multis deniq; donis, qui-  
bus dignam personam superuestiri decorum est. Sed pul-  
cram uiri superficiem deformabat insanabilis, ut ita dicā,  
impetigo, mobilitas animi, & facilitas uerborū, quę nuncq;  
in eodem persistebat, dissidens ipse secum, nihil ex cōsilio,  
faciens, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fa- *Mores Cons-*  
stidiēs. Clero, quē in tenella reperit Ecclesia, magna seueri *radi episco-*  
rate primū abusus est, incipiens à primis q; erāt in Lubicē- *pi.*  
si ecclesia usq; ad nouissimos qui habitabant ruri. Bona sa-  
cerdotum omnia sua esse dicebat non quasi fratres, sed ut  
seruos reputans. Si quem fratrem forte pulsare cōpisset,  
non legitima uocatione, non loci uel temporis congruen-  
tia, siue. capituli sententia usus est, sed ad placitum suum,  
quos grauare uoluisset, aut suspendit ab officio, aut elimi-  
nauit ab ecclesia. Cōmonitus à Duce, nihil remissius egit,

*Subita maris  
& fluminum  
inundatione,  
multa millia  
hominum in  
Frisia & Sa-  
xonis absor-  
pta.*

sed alienauit se à Duce, & confœderatus est Archiepiscopo, quatenus connexis uiribus facillius uincerent omnem resistantem. Circa dies illos, quo primum promotus est ad summi sacerdotij gradum, cum adhuc cōsisteret secus Archiepiscopum in urbe Horeborg, quæ est super ripas Albix, in mense Februario, hoc est, 14. Calēdas Martij, orta est tempestas maxima uentorū, procellæ fulgorū, coruscatio, & tonitruifragor, quæ palsim multas ædes aut incendit aut subruit: insuper tanta maris exundatio oborta est, quanta non est audita à diebus antiquis, quæ inuoluit omnem terram maritimam Fresiæ, Hadelen, & omnem terram palustrem Albix & Wirræ, & omnium fluminū, qui descendunt in oceanum mare, & submersa sunt multa milia hominum, & iumentorum, quorum non est numerus. Quanti diuites quanti potentes uespere sedebant, & delicijs affluebant, omni timore malorum sublato, sed ueniens repentina calamitas inuoluit eos in medijs fluctibus.

## De strage Flamingorū

in ciuitate Mekelenburg per Pribizlauum  
edita, Cap. II.

*Wercislaum  
captiuus, fra-  
trem Pribiz-  
lauum ad re-  
parandū bel-  
lū hortatur.*

**E**Adem die qua maritimæ Regionēs Oceani, tanta clade peruastratæ sunt, accidit strages magna, in ciuitate Slauorum Mikelenburg. Wercislauus enim, Nicloti filius iunior, qui tenebatur in uinculis Brunswich, mandauit, ut dicitur, Pribizlauo fratri suo per nuncios, dicens:



cens: En ego teneor uinculis æternis inclusus, & tu negligenter agis? Euigila, & enitere atq; uiriliter age, & quod pace non potes, armis extorque. Non recogitas quod pater noster Niclotus, cum Lunenburgi teneretur in custodia, neq; preceneque pecunia redimi potuit. Postquam autem uirtutis instinctu, corripuimus arma, & fecimus incendia & exterminia urbium, nonne dimissus est? His auditis, Pribizlauus collegit latenter exercitum, & uenit improuisus Mekelinburg. Heinricus autem de Scaethen præfectus castrì, tunc forte defuit, & populus qui erat in castro fuit sine Principe. Accedens ergo Pribizlauus, ait ad uiros qui erant in munitione: Magna o uiri tam mihi quam genti meæ illata est uiolentia, qui expulsi sumus de terra natiuitatis nostræ, & priuati sumus hæreditate patrum nostrorum. Vos quoque iniuriam hanc cumulastis, qui inualistis terminos nostros, & possedistis urbes & uicos, qui nobis debentur hæreditaria successione. Proponimus ergo uobis optionem uitæ & mortis. Si uolueritis aperire nobis munitionem, & reddere terram debitam, deducemus uos pacifice cum uxoribus & filiis, & uniuersa supellectili. Si quis Slauorum quippiam abstulerit, eorum quæ ad uos pertinent, ego in duplo restituiam. Quod si nolueritis egredi, immo urbem hanc pertinaciter defendere, iuro uobis, quia si fauerit nobis Deus & Victoria, omnes uos occidam in ore gladij. Ad hæc uerba Flammingi iacula dirigere, & uulnera infligere coeperunt. Slauorum ergo exercitus uiris & armis potentior, uehementi pugna irrupit munitionem, & occiderunt omne masculinum in ea, non reliquerunt de populo aduenarum uel unum,

*Pribizlauus  
clam collecto  
exercitu, in-  
uadit terram  
Obotritorū.*

*Flammingi in  
urbe Meke-  
lenburg occi-  
si ad unum &  
Pribizlauo.*

*Illo w ciuitas  
setatur à Pri  
bizlauo, sed  
defenditur  
uirtute & in  
dustria Gun  
zelini.*

*Prudens cor  
siliū Guns  
zelini, ad ex  
cludendam  
proditiōem  
Slauorum.*

uxores & paruulos eorum duxerunt in captiuitatem, & succenderunt castrum igne. Posthæc conuerterunt faciē suam ad castrum Iloue, ut destruerent illud. Porro Gunzelinus satelles Ducis, & præfectus terre Obotritorū audiens per exploratorum manus exisse Slauos, præerat cū paucis militibus Ilowe, ut fieret urbi præsidio. Vastata ergo Mickelenburg, Pribizlauus antecessit exercitum cum fortissimis, ut præoccuparet obsidionem, ne quis forte effugeret. Quod audiens Gunzelinus dixit ad suos, Exeamus uelociter & pugnemus cum eo, priusq̃ reliquus ueniat exercitus. Lassi enim sunt de pugna & strage, quā commiserunt hodie. Et respōderunt ei fideles sui. Non est nobis cautum egredi, statim enim ut exierimus, Slauī qui sunt intra urbem hanc & uidentur stare nobiscum, claudent portas urbis post nos, & nos erimus exclusi, urbsq̃ cedit in manus Slauorum. Et displicuit uerbum hoc in oculis Guncelini, & uirorum eius. Conuocans ergo teutonicos omnes qui erant in urbe, dixit ad eos in audientia Slauorum qui fuerant in urbe, & de quibus fuerat traditionis timor: Relatum est mihi, quod Slauī qui nobiscum sunt intra portas urbis iurauerunt Pribizlauo, ut tradant & nos & urbem. Audite ergo o uiri compatriotæ, qui destinati estis in mortem & exterminium, statim ut uideritis perfidiam, obijcite uos portis, & mittite ignem in moenia urbis, & exurite perfidos hos cum mulieribus & paruulis. Moriantur unā nobiscum, nec fiat aliquis ex eis superstes, ut non glorientur de interitu nostro. His auditis, exterriti sunt animi Slauorū, nec ausi sunt aggredi quæ animo conceperant. Vespere autem facto, uenit uniuersus exercitus Slauorum ante castrum Ilowe, & allocutus est Pribizlauus

bizlauus Slauos qui erant in ea. Notum est omnibus uobis, quantæ calamitates & pressuræ apprehenderint gentem nostram, propter uiolentam Ducis potentiam, quam exercuit in nos, & tulit nobis hæreditatem patrum nostrorū, & collocauit in omnibus terminis eius aduenas, scilicet Flamingos, & Hollandros, Saxones & Westphalos, atq; nationes diuersas. Hæc iniuriam zelatus est pater meus usq; ad mortem, frater meus ob hoc ipsum uinculis æternis tenetur inclusus, & nemo remāsit qui cogitet bonū genti nostræ aut uelit suscitare ruinas eius nisi ego solus. Reuertimini ergo ad cor ô uiri reliquiarum Slauici generis, & resumite audaciā, & tradite mihi urbem hanc, & uiros qui iniuste occupauerūt eam, ut ulciscar in eos, sicut ultus sum in eos qui inuaserāt Mikilenburg. Et cœpit eos cōmonere super promisso. At illi negauerunt, timore perterriti. Seceſſerūt ergo Slauī longius ā castro, eo quod ingrueret nox, & castra metanda essent. Aduertentes autē Slauī quia Gūzelinus & qui cum eo sunt, uiri fortes sunt & bellicosi, nec posse munitionē capi sine maxima strage, primo diluculo recesserunt ab obsidione, & reuersi sunt ad loca sua. Gunzelinus ergo ueluti torris erutus ab igne, relicta Ilowe, & collocata illic militum custodia, transiit Zuerin, & latati sunt habitatores urbis de insperato aduentu eius. Auditum enim fuerunt pridie, quod interfectus fuisset ipse, & uiri eius pariter.

*Oratio Pribizlauri ad Slauos*

*Pribizlauri re infecta ab Ilowe recedit*

## Quomodo Pribizlauus

oppida Malkau & Cuscinum per deditionem  
recepit, Cap. III.



*Berno episco-  
pus Michels-  
burgensis ci-  
ues suos à Sla-  
uis interfe-  
ctos sepelivit.*

**Q**Vinto ergo die, postq̃ percussa est Mikelēburg, de-  
scendit Berno uenerabilis episcopus cū paucis cle-  
ricis de Zuerin, tumulare interfectos, gestans in  
collo suo sacerdotalia indumenta, in quibus offerre mos  
est. Et figens altare in medio interfectorū, obtulit pro eis  
hostiam salutarem Dño Deo, cum luctu & tremore. Quo-  
iam sacrificium peragente, surrexerūt Slaui de insidijs, ut  
percuterent Pontificem, & qui cū eo erant. Sed celeriter  
missus à Deo, superuenit quidā Reichardus de Saltwede-  
le cū militiā. Hic audito quia Gūzelinus obsessus esset Illo-  
we, egressus fuit ad auxilium ipsius, & iter faciens, casu su-  
peruenit Mikelinburg, cū Pōtifex cum suis in mortis esset  
articulo. Cuius aduentu territi Slaui fugerunt, et saluatus  
Episcopus, peregit opus pietatis, & tumulauit de interfe-  
ctis ad septuaginta corpora, & posthēc reuersus est Zue-  
rin. Post nō multū uero tempus Pribizlauus collecta rur-  
sum Slauorū manu, uenit Malacowe & Cuscin, & allocu-  
tus est habitatores urbis dicens: Scio quidē uos esse uiros  
fortes & nobiles, & obsecūdantes imperio magni Ducis  
Dñi uestri. Volo ergo persuadere uobis quę sunt utilia.  
Reddite mihi castre q̃d olim fuit patris mei, & mihi nunc  
hereditaria successione debet, & ego exhiberi uobis faciā  
conductū, usq; ad ripas Albię: si quis eorūquæ ad uos per-  
tinēt quicq̃ uiolenter attigerit, ego in duplo restitui faciā.  
Quod si hanc conditionem optimam, inutilem iudicaueri-  
tis, oportebit me rursus experiri fortunā meam, & con-  
gredi uobiscū. Mementote quid cōtigerit habitātibus Me-  
kelenburg, qui spreuerunt conditiones pacis, & prouoca-  
uerunt me in suimet damnū. Tunc milites custodes præs-  
dij uidētes nō esse locum pugnæ, eo q̃ hostes multi, auxi-

*Pribizlauus  
per deditio-  
nem recipit  
Malacau &  
Cuscina.*

liarij

liarū uero essent pauci, impetrauerunt conductum extra terminos Slauia, & Pribizlauus recepit castrum.

# De pugna ad oppidum

De uictoria Heinrici Leonis, & fuga  
Pribizlai, Cap. IIII.

**A** Vdiens ergo Henricus Leo Dux, labefactari res in  
Slauia cōtristatus est aīo, & militū interim robur mīlī  
tū Zuerin, ad custodiendū eam. Et præcepit Adolfo Comi  
ti & maioribus de Holzatia, ut transirent *Howe*, & essent *Expediō*  
tutamen castrī. Post hæc congregauit exercitū grandem, *Henrici Leo*  
et uocauit cognatū suum Adelbertum Marchionem oriē *nis, aduersus*  
talis Slauia, & omnes fortissimos totius Saxonie, in auxi *Pribizlauū.*  
lium, ut redderet Slauis malum quod fecerant. Sed &  
Waldemarum Regem Danorum adduxit cum nauali  
exercitu, ut uexaret eos terra marique. Et occurrit Adol-  
fus Comes Duci cum omni Nordalbingorum populo iux-  
ta Malacowe. Dux uero ubi transiit Albiā, & attigit ter-  
minos Slauorū, fecit Bertizlauum Principem Slauorum  
suspendio interfici prope urbem Malacowe, eo quod pē-  
sundauerit eum frater eius Pribizlauus, & prauaricatus *nis, suffen-*  
fuerit promissiones pacis, quas pactus fuerat. Et præcepit *dio necatur-*  
Dux Adolfo Comiti per nunciū, dicens, Surge cū Holza-  
tis & Sturmarijs & cū omni populo qui tecum est, & præ-  
cedite Ducē usq; in locū qui dicit. Viruchne. Idē facturū  
est Gūzelinus præfectus terræ Obotritorū, et Reinoldus  
comes Thecmarsie, et Christianus comes de Aldēburg, q̄

*Wertzlauum  
captiuum Sla-  
uorum Regu-  
lus, combita-  
tor rebellio-  
nis, suffen-  
dio necatur-*

*Demimoppidum in finibus Pomeraniae.*

*Casimirus Buggeslaus Pomeraniae Duces, adiuvant Pribizlaum.*

*Slavorum perfidia.*

*Negligentia & securitas Ducum, causa cladis in exercitu.*

est in Amerland, terra Fresonum, hi omnes praecedent tecum cum armatorum numero, qui ad ipsos pertinent. Tunc abiit Adolfus Comes cum ceteris nobilibus, qui secum deputati fuerant iuxta Imperium Ducis, & uenerunt in locum qui dicitur Viruchne, & distat ab urbe Dimin ferè duobus miliaribus, & metati sunt illic castra. Porro Dux & ceteri Principes morati sunt in loco qui dicitur Malacowe secuturus post aliquot dies cum reliquo exercitu cum ueredarum ferentibus uictualia, quae exercitui sufficerent copiose. Vniuersus uero Slavorum exercitus confederat in urbe Dimin, fueruntque Principes eorum Kazemarus et Bugezlaus duces Pomeranorum, & cum his Pribizlaus autor rebellionis, miseruntque nuncios ad Comitem uolentes per eum admitti ad conditiones pacis, et promiserunt tria millia Marcarum. Rursum alios mittentes, promiserunt duo millia. Et displicuit uerbum hoc Comiti Adolfo, & dixit ad suos. Quid uobis uidetur o uiri sapientes? Qui heri promiserunt tria millia Marcarum, nunc offerunt duo millia. Verbum istud non est quærens pacem, sed adducens bellum. Miserunt ergo Slaui noctu speculatores in castra, explorare statum exercitus Aldenburghenses uero Slaui fuerant cum Adolfo Comite, sed insidiosè: nam quaecumque gerebatur in exercitu, remandauerunt hostibus, per manus exploratorum. Dixerunt ergo Adolfo Comiti, Marchradus senior terræ Holzatorum, & ceteri qui intellexerant uerbum absconditum. Auditum certissimo comperimus, quod hostes nostri preparent se ad bellum. Porro nostrates lenius agunt, nec in uigilijs, nec in custodijs debitam exhibent diligentiam. Adhibe ergo cautionem populo, eo quod Dux bene praesumat de te. Et dissimulauit Comes, ceterique nobiles



biles & dixerūt: Pax & securitas, emortua est enim uirtus  
 Slauorum. Defecit ergo in exercitu custodia, Moram autē  
 faciente duce, defecerunt exercitui alimenta, & destinati  
 sunt pueri, qui deberent ire ad exercitum Ducis propter  
 uictualia afferēda. Quibus primo diluculo iter aggressis,  
 ecce in ascensu cliui apparuerūt cunei Slauorum cum po-  
 pulo innumerabili, tam equitum quā peditum. Quibus  
 uilis, retorsere pedem pueri, & clamore ualido dormien-  
 tem suscitauere exercitum. Alioquin omnes mortem som-  
 no copulassent. Tunc uiri illustres atq; militares Adolfus  
 atq; Reinoldus cum paucissimis Holzatensiū atq; Thet-  
 marsiētium, qui forte somno excitati maturius accurrerāt,  
 exceperunt hostes in descensu cliui, & contrita est prima  
 acies Slauorū ab eis, & percusserunt eos usq; ad interiora  
 stagni. Quos euestigio subsecuta secunda Slauorū acies,  
 operuit instar mōtium, & percussi sunt Adolfus Comes,  
 & Comes Reinoldus, & fortissimi quicq; ceciderunt. Et  
 obtinuerunt Slauī castra Saxonū, & diripuerunt prādas  
 castrorum. Porro Guncelinus, & Christianus, & cum eis  
 amplius q̄ trecenti Milites conglobati in unum, contine-  
 bāt se in latere pugnae, ignorantes quid agerent. Formidu-  
 losum quippe erat cōgredi cum tanto hoste, omnibus sci-  
 licet socijs aut interfectis aut in fugam disiectis. Accidit  
 ergo ut cuneus quidam Slauorum ueniret ad tabernaculo-  
 lum quoddā ubi multi erant armigeri et equi plures. Qui-  
 bus expugnādis cum ualentius instarent, armigeri clama-  
 uerunt ad Dños suos, quorum globus fuit ē uicino. Quid  
 statis ō fortissimi milites? & quare non succurritis seruis  
 uestris? Rem utiq; turpissimā agitis. Qui concitati clamo-  
 re seruorum suorum insilierunt in hostes, & quasi cæco

Adolfus co-  
 mes Holzae-  
 tia, uir aliq;  
 sapientia &  
 longo rerum  
 usu insignis,  
 ad extremū  
 nimia securi-  
 tate, exerci-  
 tui cladem, et  
 sibi exitium  
 accersuit.

Atrox pug-  
 na Slauorum  
 cum Saxoni-  
 bus, ad oppi-  
 dum Demin.

Adolfus Co-  
 mes Holzae-  
 tia, & Rein-  
 oldus Co-  
 mes Dittmar-  
 sia, in praelio  
 cæsi à Slauis.

**Christianus** furore pugnantes, liberauerunt pueros tuos. Deinde **Comes Frisio** stris fortius immerſi, difficile dictu eſt, quantos iſtus de-  
**rum de Oldē** derint, uel quantas ſtrages hominū fecerint, donec uictri-  
**burg.** & **Gū** ces illas Slauorum acies diſicerent, & reciperent caſtra  
**zelinus, Sla** quæ perdiderant. Deniq; miſcuit Deus Slauis ſpiritu uer-  
**nos iā uicto** tiginis, & ceciderūt de manibus optimorum militum. Et  
**res exiſten** audierunt Saxones, qui erant in latibulis, & egreſſi ſunt,  
**tes ſuperant,** & reſumpta audacia fortiter infuli ſunt hoſtibus, & per-  
**amiffa ca** cuſſerunt eos attritione magna nimis. & repletus eſt cā-  
**ſtra recupe** pus ille aceruis mortuorum. Et uenit Dux feſtinanter, ut  
**rant.** fieret ſuis præſidio, & uidit ruinam quæ facta eſt in popu-  
 lo ſuo, & quia mortuus eſt Comes Adolſus, & fortiffimi

**Clades & fu**  
**ga Slauorū.**

eius mitigauit copioſior uictoria, & cædes Slauorū maxi-  
 ma, qui ad duo milia & quingentos comunerati ſunt.  
 Præcepit ergo Dux, corpus Adolſi Comitſ concidi fru-  
 ſtratim & aſſum condiri opere pigmentarij, quo poſſet  
 circumferri & patris inferri monumentis. Et impletum  
 eſt uaticinium quod cecinſit pridie quàm pateretur, ſepiſ-  
 ſime reiterans uerſum, Igne me examinasti & non eſt in-  
 uenta in me iniquitas. Slauī ergo qui effugerāt manus gla-  
 dij uenerunt Dimin, & ſuccenſo caſtro illo potentiſſimo,  
 tranſierunt ad interiora Pomeranæ regionis, fugientes à

**Dimin deſer**  
**tum à Slauis,**  
**occupatur ab**  
**Henrico Leo**  
**ne & deſtrui**  
**tur.**

facie Ducis. Sequenti autem die uenit Dux cum exerci-  
 tu uniuerſo Dimin, & reperit caſtrum exuſtum, & collo-  
 cauit ibi partem exercitus, ut deponerent uallum & adē  
 quarent ſolo, & ut eſſent præſidio uulneratis, quibus o-  
 pus erat cura. Ipſe uero cum reliquo exercitu iuit in oc-  
 cuſum Waldemari Regis. Et abierunt ſociata manu, ut  
 depopularentur latitudinem Pomerana Regionis, & ue-

nerunt

nerunt ad locum qui dicitur Stolpe. Illic Kazemarus & Buggezlafus iam olim fundauerant Abbatiam in memoriam patris sui Bertizlaui, qui ibidem & occisus & sepultus est. Ille primus inter Duces Pomeranorum conuersus est ad fidem, per manus sanctissimi Ottonis Baunenbergenſis Episcopi, & ipse fundauit Episcopatum Vznam, & admisit cultum Christianæ Religionis in terram Pomeranorum. Illuc ergo peruenit exercitus Ducis, & non erat qui resisteret. Slaui enim semper ultra progredientes, diffugiebant à facie Ducis, nusquam ausi subistere præ formidine faciei eius.

*Stolpe monasterium Pomeraniæ*

*Bertizlaus primus ex Pomeraniæ principibus Christianus, Supra c. 4.*

# De sepultura Adolphi co

mitis Nordalbingiæ, qui in prælio ad  
Deminium perierat,  
Cap. V.

**I**N diebus illis uenit nunciûs in terram Slauorum, qui diceret Duci: Ecce Legatus Regis Graciæ cum multo comitatu uenit Brunſwîch, loqui tibi. Ad hunc audiendum Dux egressus est Slauiâ, omisso exercitu & prosperis expeditus successibus, Alioquin ppter Comitum mortem importunam, cõuocata fortitudine, omne robur Slauorum cõsumpsisset, usq; in finem, & fecisset terrâ Pomeranorum, socios Obotritorum. Omnis ergo terra Obotritorum et finitimæ regiões q̃ pertinet ad regnû Obotritorum, assiduè bellis, maxime uero hoc nouissimo bello, tota in solitudinē redacta est, Dño scilicet fauente & dextrâ pijsſimi Ducis

*Slau Obotriti, penè in uniuersum deleti.*



confortante. Si quæ Slauorum extremæ remanserant reliquæ, propter annonæ penuriam, & agrorum desolationes, tanta inedia cōfecti sunt, ut congregatim ad Pomeros siue ad Danos confugere cogerent, quos illi nihil miserantes, Polonis, Sorabis, atq; Boemis uendiderūt. Postq̃

*Sepultura Adolphi secūdi, Comitis Holstie et Nordalbingie, uiri sapientia, eruditione, & uirtute præstantis.*  
 ergo Dux exiens Slauia, dimisit exercitum, unumquēq; in sua, corpus Adolphi Comitis perlatū est Mīndin, ibiq; sancta deuotione reconditū. Comitiā uero tenuit Machtildis uidua eius, cum filio tenello. Et immutata est facies terræ huius, eò q̃ iusticia, & quies ecclesiarum sublato bono patrono, penitus infirmata uideretur. Ipso enim superstitite, clero nihil durum, nihil asperum uidebatur. Tantus erat fide, bonitate, prudentia atq; consilio, ut uniuersis uideretur cōstructus uirtutibus. Hic unus de bellatoribus Domini, & certe non infimus, in funiculo sortis suæ utilis inuentus est, extirpans idolatriæ superstitiōes, & faciens opus nouæ plantationis, quod fructificet in salutem. Nouissimæ peracto boni itineris cursu, peruenit ad palmam, portansq; uexilla in castris Domini, stetit pro defensione patriæ, & fide Principum, usq; ad mortem. Rogatus ut uitæ consuleret fugæ compendio, uehementer detestatus est, manibus pugnans & uoce Dominum orans, mortem libenter excepit, ob uirtutis amorem. Huius æmulatione instigati illustres uiri & optimi Ducis boni satellites, Gunzelinus atq; Bernhardus, quorum unus Zuerin, aliter Racesburg præerat, fecerunt & ipsi opus bonum, in funiculo partis suæ, bellantes prælia Domini, ut suscitaretur cultus domus Dei nostri in gente

incredula & idolatra,

De

# De dimicationibus præ

fectorum Heinrici Leonis, cum Pribizlauo, & singulari fortuna Heinrici Leonis, Cap. VI.

**P**RIBIZLAUUS ergo rebellionis autor, paternæ hæreditatis factus extorris, cōsistebat apud Duces Pomeraniorum Kazemarum atq; Buggeslauū, cœperuntq; reedificare Dimin. Inde frequenter exiens Pribizlauus per insidias percutiebat fines Zuerin atq; Racesburg, & tulit captiōnem multam tam de hominibus q̃ de iumentis. Cuius exitum obseruātes Gunzelinus atq; Bernhardus pugnabāt & ipsi de insidijs, et commissā creberrima pugna, semper meliores inuenti sunt, quousq; perditis fortioribus uiris et equis, Pribizlauus nil iam posset moliri. Et dixerunt ad eū Kazemarus & Buggezlauus: si tibi placet habitare nobiscū, & uti diuersorio nostro, cauene offendas oculos uiro-  
rū Ducis, alioquin propellemus te de finibus nostris. Jam dudum enim duxisti nos, ubi contriti sumus contritione maxima, & perdidimus uiros & urbes meliores. Nec his contentus iteratā super nos inducere uis Principis iram. Et cohibitus est Pribizlauus ab insania sua. Humiliatæ ergo sunt uires Slauorum, nec ausi sunt mutire præformidie Ducis. Et habuit dux pacem cū Waldemaro rege Danorum, & celebrauerunt colloquia ad Egdorā, siue Lubike, pro cōmodis utriusq; terræ. Et dedit Rex Duci pecuniā magnā, eo q̃ pacarētur termini eius per ipsum, à uastatione Slauorum. Et cœperūt inhabitare omnes insulæ maris, quæ ad regnum pertinent Danorum, eo q̃ pirata defecisset,

Duces Pomeranice, cum Pribizlauo, Deminium instaurant.

Leuia prella inter Pribizlauū & præfectos Heinrici Leonis.

Duces Pomeranice, cogūt Pribizlauum tandem quiescere.

*Pactū inter* & contractæ sint naues prædonum. Et inierunt pactum  
*Heinricum* Rex & Dux, ut quascunq; gentes terra mariq; subiugassent,  
*Leonem* & tributis socialiter partirentur. Et increuit Ducis potestas  
*Vualdemarū* super omnes qui fuerunt ante eum, & factus est Princeps  
*regē Danie.* principum terræ. Et conculcauit colla rebellium, & effregit munitiones eorum. Et perdidit viros desertores, & fecit pacem in terra, & ædificauit munitiones firmissimas, & possedit hæreditatem multam nimis. Præter hæreditatem enim magnorum progenitorum, Lotharij Casaris, & coniugis eius Richenzen, multorumq; Ducum Bauiariæ atq; Saxonix, accesserūt ei nihilominus multorum Principum possessiones, ut fuit Heremannus de Winzeburg, Sifridus de Hammenburg, Otto de Asle, & alij quorum mentio excidit. Quid dicam de amplissima potestate Hartwici Archiepiscopi, qui de antiqua Vdonum proflapia descendit. Nobile illud castrum Staden, cum omni attinentia sua, cum Cometiâ utriusq; ripæ, & Cometiâ Thetmarsciæ, uiuente adhuc episcopo obtinuit, quædam quidē hæreditario iure, quædam beneficiâ. Extenditq; manum in Fresiam, & admouit eis exercitum, & dederunt ei pro suimet redemptione, quod postulati fuissent.

## De odio & conspiratione

*Principū odium aduersus Heinricū Leonem, quem etiam Superbum cognominârunt.*

ne Principum aduersus Heinricum Leonem, Saxonix & Bauariæ Ducem, Cap. VII.

**S**ed quia gloria parit inuidiâ, & quia nil durabile in rebus humanis, tantam uiri gloriam zelati sunt omnes principes Saxonix. Ille, n. immensis diuitijs locuples, clarus



clarus uictorijs, & propter geminū, Bauariæ & Saxoniae Principatū, sublimis in gloria sua, omnibus Saxoniae tam Principib. q̃ nobilibus, importabilis uisus est. Sed manus principum, formido Cæsaris continuit, ne concepta molimina transferrent in effectum. Postq̃ autem Cæsar quædam profectiōem parauit in Italiā, & opportunitatem tēpus adduxit, statim inueterata conspiratio processit in publicum, & facta est coniuratio ualida, omnium contra uinum. Fueruntq̃ inter eos primi, Wichmannus Magdeburgensis episcopus, Hermannus Hildensemensis Episcopus. Post hos fuerunt Principes ij. Ludewicus prouincialis Comes Thuringiæ, Adelbertus Marchio de Salzwedele, & filij eius, Otto Marchio de Camburg, & fratres eius, Adelbertus Palatinus Comes de Someresburg. Hos adiuerūt nobiles ij, Otto de Asle, Wedekindus de Dasenburg, Christianus de Aldenburg, quæ est in Amerland. Super hos omnes, præpotens ille Reinoldus Coloniensis Archiepiscopus, & Cancellarius Imperij, insidiatus est Duci, facie quidem absens & in Italia positus, sed totus consilio expugnationi Ducis intētus. Tunc Principes qui erant in orientali Saxonia, cū Thuringorum principe Lodewico, obsederunt munitionem Ducis quæ uocat Aldestesleu. & fecerunt contra eam machinas multas. Porro Christianus comes de Amerlād collecta Fresonū manu, occupauit Bremā, & omnes fines eius, & fecit motum magnū in occidentali regione. Videns ergo Dux, quia consurgūt undiq̃ bella, coepit communire ciuitates et castra, et ponere custodias militū in locis oportunis. In tempore illo Comeciā Holsatiæ, Sturmaria, atq̃ Wagira administrabat uidua Adolphi Comitis cum filio adhuc tenello. Propter

indignationē  
Imperatoris  
aduersus  
Heinricum  
Leonem, disti-  
mulāter pro-  
terijt, meū  
principis sui  
haud dubie deo  
terrui.

Catalogus  
principum  
qui infectati  
sunt Henricū  
Leonem.

Aldestesleu:

Christianus  
Comes de  
Oldenburg.  
Bremam occu-  
pat.

Heinricus comes Thuringie, tutor Adolphi tertij.

Pribizlaus in gratiam receptus à Duce Henrico Leone.

consurgentes autem bellorum motus posuit Dux puero tutorem qui præset armis, Heinricum comitem Thuringia natum, auunculum pueri, uirum scilicet impatientem oculi, & totum armis deditum. Comunicato quoque fidelium suorum consilio, Pribizlaus Principem Slauorum, quem multis, ut supra dictum est, prælijs expulerat prouincia, admisit in gratiam, & reddidit ei omnem hæreditatem patris sui, terram scilicet Obotritorum, præter Zuerin & attinentia eius. Et fecit Pribizlaus Duci & amicis eius securitatem fidelitatis, nulla deinceps bellorum tempestate corrumpendam, stare scilicet ad mādatum ipsius, & obseruare oculos amicorum eius absque omni offensione.

## Quomodo Heinricus

Leo se bello aduersus hostes suos defenderit, Cap. VIII.

Heinricus Leo, Bremam recuperat et diripit.

**T**Vnc congregauit Dux exercitum grandem, et intrauit orientalem Saxoniam, ut pugnaret cum inimicis suis, in medio terre ipsius. Et uiderunt quia uenit cum manu forti, & timuerunt occurrere illi. Et fecit plagam magnam in terra hostili, & uastauit eam incendijs & depredationibus, & peruagatus est terram, usque ad muros Magdeburg. Deinde conuertit exercitum in occidentales partes, ut conprimeret tumultum Christiani Comitis, & improuissus uenit Bremam, & cepit eam. Tunc fugit Christianus Comes in abditas Friesie paludes. Et irrupit Dux Bremam, & depredatus est eam. Et transfugerunt ciues eius in paludes,

eo q̄ peccassent aduersus Ducē, & iurassent Christiano,  
 & posuit eos Dux in proscriptionem, quousq̄ interuentu  
 Archiepiscopi, mille & eo amplius Marcis argenti pacem  
 indempti sunt. Christianus aut̄ Comes post paucos dies  
 mortuus est, & sopita sunt mala rebellionis, eius molimi-  
 ne suscepta. Grassantibus ergo usq̄ quaq̄ civilibus bellis,  
 Hartwigus Archiepiscopus decreuerat apud se, declina-  
 re tumultum cōsurgētis belli, & sedit Hammenburg so-  
 litarius & quietus, structuris claustralibus, & cæteris Ec-  
 clesiæ suæ commodis intentus. Tunc Coloniensis Archi-  
 episcopus cæteriq̄ Principum mādauerunt ei per literas,  
 ut reuocaret ad cor omnes pressuras, quibus attriuisset  
 eum Dux, Nunc tandem uenisse tempus, quo possit auxi-  
 lio principum recuperare statum honoris sui, patere sibi  
 urbem Stathē, & ereptam Comeciā, si manus Principū  
 adiuuerit. Hartwigus ergo Archiepiscopus multis experi-  
 mentis edoctus fortunatū semper in prælijs ducem esse,  
 ambiguā quoq̄ Principibus inesse fidem, & se huiusmo-  
 di spon̄siōibus sæpe delusum, fluctuare coepit animo. Pro-  
 uocabat eū recuperandi honoris cupidō, sed deterrebat  
 eum sæpe comperta mobilitas Principum. Hærebat inte-  
 rim superficies amicitiarum, & pax sonabat in uerbis. Ve-  
 runtamen castra sua Friborg & Horeborg cōmunire co-  
 pit Archiepiscopus, & congeßit illic apparatus armorū  
 & escarum quæ sufficerent in menses & annos.

*Archiepisco-  
 pus Bremen-  
 sis, metuit se  
 cum reliquis  
 Principibus  
 contra Hein-  
 ricum Leonē  
 coniungere.*

De expulsione Conra-  
 radi episcopi Lubicensis, & fuga Hartuici Archie-  
 piscopi Bremensis, Cap. IX.



Episcopus Lubicensis, accusatus apud Henricum I. bohemum.

Conradi episcopi Lubicensis contra Principem et promotorem suum cōtumacia, et ingratitude.

**C**irca hos dies, Conradus Lubicensis Ecclesiæ episcopus, morabatur apud Archiepiscopū, & pendebat in ipso summa consilij. Et perlatū est ad Ducem, quia non sentiret ea quæ pacis sunt, sed quæ ad destructionem Ducis, & quia suggerit archiepiscopo ut transeat ad Principes, & rescindat amicitias quas pepigerat cū duce. Volens ergo Dux rem certius nosse, uocauit eū ad colloquiū Ertheneburg. At ille declinās iram potentis, declinauit in Fresiā ueluti fungens legatione Archiepiscopi. Quem de mum redeuntem, Dux secundo uocauit. Conductu ergo Dñi Archiepiscopi, & Dñi Bernonis Magnipolitani, occurrit Duci apud Stathen, auditurus uerbum eius. Et cōuenit eum Dux super his quæ ad ipsum perlata fuerant, qualiter scilicet uerbis malis derogauerit honori suo, & dederit consilium aduersus eum in malū. Affirmat episcopus, se nihil horū recognoscere. Multis ergo uerbis hinc & inde habitis, cupiens Dux conuulsas amicitias resarcire, & episcopum iam olim sibi dilectum, tenacius colligere, cœpit ab eo familiariter exigere hominij debitū, quod sibi imperiali donatione permissum in superioribus ostensum est, in his uidelicet Slauorum prouincijs, quas ipse iure belli, in clypeo suo & gladio possederat. Ad huius propositionis uerbum, uir magnanimus resiliit, dicens: modicam esse stipem Ecclesiæ sue, nunquā se huius intuitu libertatem suam occupaturum, aut cuiuslibet potestati submissurum. E conuerso proponit Dux omnino aut loco cedere, aut propositis parere. Cumq; fixus in sententia maneret Episcopus, præcepit Dux obcludi ei introitum Parochiæ suæ, & omnes redditus Episcopales tolli. Post discessum ergo Ducis locutus est Archiepiscopus ad Conradum

radum Episcopum. Existimo quòd non sit cautum uobis  
 consistere apud nos, propter satellites Ducis, in quorum  
 medio sumus. Quinpotius consulite honori nostro &  
 saluti uestræ, & transite ad Magdeburgensem Archi-  
 episcopum, & Principes, ut possitis euadere manus ini-  
 micorum uestrorum. Ego quoque post paucos dies pro-  
 sequar uos, & peregrinabor cum peregrinante. Et fecit  
 iuxta consilium Archiepiscopi, & transijt ad Magdebur-  
 gensẽ Archiepiscopum, et mansit apud eum fermẽ duo  
 bus annis. Inde abiens in Franciam uisitauit Cisterciense  
 Concilium, & reconciliatus est Alexandro Papæ per ma-  
 nus Papiensis Episcopi, qui fuit partium Alexandri, & e-  
 lectus de sede sua morabatur in Claraualle. Dedit q̃ Pon-  
 tifici in mandatis, ut præbita sibi facultate, aut ipse iret ad  
 Alexandrum, aut Legatum dirigeret. His ita peractis, re-  
 uersus est Magdeburg, & inuenit ibi Hartwicum Ham-  
 menburgensem Archiepiscopum, nam & ipse loco cesse-  
 rat, & manserunt apud Magdeburgensem Archiepisco-  
 pum diebus multis. Veruntamen milites Hartwici Archi-  
 episcopi qui erāt in castris Horeborg, & Friborg faciebāt  
 frequentes excursus, & faciebant incendia & prædas in  
 possessionibus Ducis. Quamobrem Dux transmissa mili-  
 tia, occupauit Friborg & fregit munimenta eius, & adæ-  
 quauit eam solo, et fecit tolli omnes redditus episcopales,  
 non reliquit ex eis paruas reliquias. Soli qui erāt in castro  
 Horeborg, continuerūt se usq̃ ad reditū Archiepiscopi,  
 eo q̃ locus esset munitus propter paludosas uoragines.  
 Feruebat aut̃ seditionum saua tempestas per omnem Sa-  
 xoniam, contendentibus scilicet uniuersis Principibus ad  
 uersus Ducem. Et factæ sunt captiones militum, &

Episcopum  
 bicensis, pul-  
 sus ab Heinri-  
 co Leone.

Hartuuius  
 episcopus  
 Bremensis seu  
 Hamburgensis,  
 cum reli-  
 quis episco-  
 pis & Princi-  
 pibus se con-  
 iungit, cōtra  
 Henricum  
 Leonem.

Henricus  
 Leo, arces et  
 redditus Ar-  
 chiepiscopi  
 Hartuuii oc-  
 cupat.

Bellum inte-  
 rinum inter  
 Saxonie epi-  
 scopos ac  
 principes, &  
 Henricum  
 Leonem.

*Goslaria.* demembrationes, & euersiones urbium atq; domorū, & incendia ciuitatum. Et addita est Goslaria Principibus. Et præcepit Dux custodiri uias, ne quis frumentum induceret Goslariæ, & esurierunt ualde.

# Derebus gestis ab Impe

ratore Friderico primo, in Italia, Cap. X.

*Victorie Im-  
rat. Frideri-  
ci in Italia.*

**I**N diebus illis Frethericus Imperator morabatur in Italia & contrite sunt rebelliones Longobardorum, à formidine uirtutis eius, et effregit ciuitates multas populosas atque munitas, & cōuertit faciem suam ut iret Romā, ad fugandum Alexandrum & statuendum Calixtū. Paschalis. n. breui tēpore uiuens, defunctus erat. Cæsar ergo obsidens lanuā quæ fuerat partiū Alexandri, præmisit Reinoldū Coloniensem, & Christianū Moguntinū & partem exercitus iussit præire Romā. Et uenerunt Tusculanū quæ non lon-

*Romani ingre-  
ti pugna uic-  
ti ad Tuscu-  
lanum, ab Ar-  
chiepiscopo  
Coloniensi &  
Moguntino.*

ge est à Roma. Quorum introitu comperto Romani. exierunt cum immenso exercitu, pugnaturi propter Alexandrū, & egressus Reinoldus & Tentonicus miles, pugna uerūt pauci cōtra innumeros, & obtinuerunt Romanos, & percusserunt ex eis ad 12. millia, & persecuti sunt fugientes usq; ad portas urbis. Et corrupta est terra propter caduera occisorum, & permanserunt mulieres Romanorum uiduæ in annos multos, eo qd defecissent uiri habitatores urbis. Ipsa die qua hæc gesta sunt Romæ, pugnavit Cæsar cum lanuanis, & obtinuit uictoriā, compos effectus ciuitatis. Et assumpto exercitu abiit Romā, & inuenit

*Genua capta  
ab Imperato-  
re Friderico.*

nit



nit Reinoldun & exercitum qucm prēmiserat lætantē de *Fridericus*  
 salute suimet, & de ruina Romanorum. Et admouit exer- *Imp. Romanum*  
 citum ut caperet Romam, & oppugnauit domum Beati *occupat.*  
 Petri, quia præsidium Romanorum illic erat, & iussit ignē  
 portis immitti, & abegit Romanos à turribus per uaporē *Imperator*  
 fumi. Et obtinuit templum, & repleuit ædem interfectis. *Fridericus.*  
 Et intronizauit Calixtum in cathedrā, & egit illic celebri *fugato Alex*  
 tatem Beati Petri ad uincula. Admouitq; manum Latera- *andro, Calix*  
 nensibus, ut destrueret eos, dederūtq; ei pro uita simul & *tum in Pont.*  
 ciuitate, quicquid postulati fuissent. Coacti ut cōprehen- *Rom. sedem*  
 derent Alexandrum, non pręualuerunt, eo quòd noctu fu- *collocat.*  
 gam inisset. Et accepit filios nobilium obsides, ut de cæte-  
 ro obediētes essent Calixto fide irreprehensa. Secuta est  
 hos Cæsaris prosperos euentus repentina calamitas. Tā- *Sauissima pe*  
 ta, n. pestilentia subito Romam inuasit, ut infra paucos di- *stis Roma, et*  
 es uniuersi penē interirent. Mense. n. Augusto pestifera *in exercitu*  
 nebulę in partibus illis consurgere dicuntur. Mortui sunt *Imperatoris*  
 ea pestilentia Reinoldus Colonienſis, Hermannus Ver-  
 denſis, qui erāt Duces consilij: Præterea nobilissimus ado-  
 leſcens, filius Cōradi regis, qui duxerat unicam filiā Hein-  
 rici Ducis nostri, insuper multi episcopi, Principes & nobi-  
 les ipso tempore interierunt. Cæsar cum residuo exercitu  
 reuersus est in Longobardiam. Illic positus audiuit motū  
 qui fuit in Saxonia, & missa legatione, frequentibus indu-  
 cijs repressit surgentem seditionem, quousq; præteriret *Heinricus*  
 tempus, & ipse liberaretur ab expeditione Italica. In tem- *Leo, facto di-*  
 pore dierum illorum misit Henricus Dux Bauarię & Sa- *uortio cum*  
 xonię legatos in Angliam, & adduxerunt filiam regis An- *priore coni-*  
 glię cū argento & auro & diuitijs magnis, et accepit eam *ge, duxit fil*  
 Dux in uxorem. Separatus, n. fuerat à priore coniuge, Do- *am Regis An*  
 glie.

mina Clementia propter cognationis titulum. Habuit autem ex ea filiam, quam filio Conradi regis dedit in matrimonium, qui etiam modico superuixit tempore, praeuentus immatura morte in expeditione Italica, ut supra dictum est.

*Reditus Fredericus Imp. in Germaniam*

\*

*Helmoldus fortasse metu sui Principis Henrici Leonis impeditus*

*quadam hoc loco ab alijs scriptoribus tradita, de eius proscriptione, exilio, et amissis diuitiis, silentio praeterijt.*

*Harwicus Archiepiscopus, restitutus, et paulo post mortuus*

*Conradus Lubicensis episcopus, in sedem suam restitutus.*

## De reconciliatione Prin

cipum cum Duce Heinrico Leone, & restitutione eius, Cap. XI.

**E** Menso ergo post haec non longo intervallo, uidentes Lōgobardi quia corruissent columna regni, & defecisset robur exercitus, conspirauerunt unanimiter aduersus Caesarem, & uoluerunt interficere eum. Ille praesentis dolos, clam recessit à Lōgobardis, & reuersus in Teutonicam terram, indixit curiam Bauenberg, uocatisque uniuersis Principibus Saxonie, coarguit eos de uiolatione pacis, dicens tumultum Saxonie dedisse Longobardis materiam defectionis. Multis itaque dilationibus, multa prouidentia & consilio, dissensiones quae erant inter Ducem & Principes, ad conuentionem pacis inclinatae sunt, & cesserunt omnia iuxta placitum Ducis, & ereptus est à circumuentione Principum absque omni sui met diminutione. Et reuocatus est Dominus Hammēburgensis Archiepiscopus in sedem suam, factusque infirmitate infra paucos dies obiit, & extincta est morte illius uetus controuersia, quae fuit super Comecia Stadensi, & possedit eam Dux de caetero, absque omni contradictione. Conradus quoque Lubicensis Episcopus interuentu Caesaris, meruit redire in Parochiam

Parochiam suam, ea scilicet conditione, ut sopita priori obstinacia, exhiberet Duci quæ iusta sunt. Potitusq; ridit in gratia Ducis, mutatus est in utrum alterum. Didicit enim in his quæ ipse passus est, compati fratribus suis, & de cætero pronior esse in humilitatis officio. Clerum nihilominus defensauit à circumuentione Principum & potentum, præcipue uero de manibus Heinrici Comitis Thuringi, qui nec Deum nec homines reuerens, aspirabat ad bona sacerdotum. Cum autem omnis bellorum <sup>weldekindus de Dasen-</sup> motus, autore Deo, rediret in serenam pacis quietem, <sup>burg.</sup> Bedekindus de Dasenburg recusauit pacem, quam locuti sunt Principes. Hic enim ab adolescentia sua ad malum strenuus, semper militiæ usum in rapinas detorse-  
rat, Sed ne malum posset, quod uoluisset, Ducis refrenatio-  
ne acrius tenebatur. Captus enim aliquando, & in uincula coniectus, fidem dedit ut de cætero temperaret à rapinis, & staret ad mādatum Ducis sincero obsequio. Sed ille in  
gruente tempore belli, pollicitatiōis immemor in Ducem omnibus acrius defauit. Cæteris ergo ad pacem reductis, <sup>Heinricus</sup> hunc singularem ferū dux obsedit in castro Dasenburg. Sed cum omnem obsidionis & machinarum uiolentiam, <sup>Leo, accersit</sup> mons altior eluderet, misit Dux, & uocauit uiros indu-  
strios de \* Rammesberg, qui aggressi rem difficilem & inauditam, perfoderunt radices montis Dasenburg, & in-  
teriora montis collustrantes reppererunt puteum, unde <sup>tis artificibus & fossoribus ex argenti fo-</sup> Castellani hauriebant aquam. Quo obturato, defecit aqua <sup>dimis Gosla-</sup> Castellanis, & necessitate constrictus Bedekindus dedi-  
dit se & castrum in potestatem Ducis, cæteri di-  
missi, dispersi sunt, unusquisque in  
terram suam.



# De Rugianis domitis &

ad Christianam religionem conuersis, a Daniæ rege Vualdemaro, & Principibus Pomeraniæ, Cap. XII.

*Rugiani domiti à rege Danorum et Principibus Pomeraniæ.*

*Zwanteuith idolum Rugianorū, dissectum ex cōbustum, destructo fanum eius, à rege Vualdemaro. Vide Saxanem Danorum historicum lib. 14.*

*Rugiani conuersi ad Christianum.*

**I**N tempore illo congregauit Waldemarus Rex Danorum, exercitum grandem et naues multas, ut iret in terram Rugianorū, ad subiugandum eam sibi. Et adiuuerūt eū Kazemarus & Buggezlasus Principes Pomeranorū, & Pribizlauus Princeps Obotritorū, eo quod mandasset Dux Slaus, ferre auxiliū regi Danorū, ubicunq; forte maxum ad mouisset subiugandis exteris nationibus. Prosperatum est ergo opus in manibus regis Danorū, et obtinuit terrā Rugianorū, in manu potenti, & dederunt ei pro suā redemptione quicquid Rex imposuisset. Et fecit produci simulacrum illud antiquissimum Zwanteuith, quod colebāt ab omni natione Slaus, et iussit mitti funem in collū eius, & trahi per mediū exercitū in oculis Slaus, & frustatim concisum in ignem mitti. Et destruxit fanum cum omni religione sua, & ærarium locuples diripuit. Et præcepit ut discederent ab erroribus suis in quibus nati fuerant, & assumerent cultum ueri Dei. Et dedit sumptus in ædificia Ecclesiarum, et erectæ sunt duodecim ecclesiæ in terra Rugianorum, et constituti sunt sacerdotes, qui gererent populi curā in his quæ Dei sunt. Et affuerunt illic Pontifices, Absolon de Roschilde, et Berno de Magnopoli. Hi adiuuerunt manus Regis cum omni diligentia, ut fundaretur cultus domus Dei nostri in natione praua atq; peruersa,

uerfa. Erat autē tūc tēporis Princeps Rugianorū uīr nobilis <sup>laremarus</sup> laremarus, q̄ audita uera Dei cultura & fide catholica, ala <sup>Princeps Ru</sup> criter ad baptisma conuolauit, p̄cipiens etiā omnibus su <sup>gianorum.</sup> is, secum sacro baptismate renouari. Ipse uerò factus Chri stianus, tam in fide firmus, tam in p̄dicatione erat stabi lis, ut secundū Paulum iam à Christo uocatū uideres, qui fungens uice Apostoli, gentem rudem & beluina rabie se uientem, partim p̄dicatione assidua, partim minis, ab in nata sibi feritate ad nouæ conuersationis religionem con uertebat. De omni, n. natione Slauorum, quæ diuiditur in prouincias & principatus, sola Rugianorū gens durior ce teris, in tenebris infidelitatis usq̄ ad nostra tempora per durauit, omnibus inaccessibilis, propter maris circūiacen tia. Tenuis autē fama commemorat Ludewicum Karoli fi lium, olim terram Rugianorū obtulisse B. Vito in Corbe gia, eoq̄ ipse fundator extiterit cœnobij illius. Inde egres si p̄dicatores, gentē Rugianorū siue Ranorū, ad fidem cō uertisse feruntur, illicq̄ oratorium fundasse in honorem Viti martyris, cuius uenerationi, prouincia cōsignata est. <sup>Hic larema rus urbē Sun densē et iā condidisse, à nonnullis di citur.</sup> Postmodū uero ubi Rani qui et Rugiani, mutatis rebus, à luce ueritatis aberrarunt, factus est error peior prior: nā <sup>Supra cap. 6. lib. 1.</sup> sanctum Vitum quem nos seruum Dei cōfitemur, Rani pro Deo colere cœperunt, fingentes ei simulacrum maxi <sup>Confirmatio idolatriæ, ex similitudine nominū Zuā teuithes San ste Vuh.</sup> mum, & seruiuerunt creaturæ potius q̄ creatori. Adeo autē hac superstitio apud Ranos inualuit, ut Zuanteuit Deus terræ Rugianorū inter omnia numina Slauorum prima tum obtinuerit, clarior in uictorijs, efficacior in responsis. Vnde etiam nostra adhuc ætate, non solum Wagirensis terra, sed & omnes Slauorum prouinciæ, illuc tributa an nuatim trans mittebant, illum Deum Deorū esse profiten

tes. Rex apud eos modicę æstimationis est, comparatio-  
 ne Flaminis. Ille enim responsa perquirat, & euentus forti-  
 um explorat. Ille ad nutū sortium, & porro rex & popu-  
 lus ad illius nutum pendent. Inter uaria autem libamen-  
 ta, sacerdos nonnunquā hominem Christianum litare sole-  
 bat: huiuscemodi cruore Deos omnino delectari facitās.  
 Accidit ante paucos annos, maximam institorum multitu-  
 dinem eo conuenisse, piscationis gratia, in Nouembri em  
 flante uehementius uento, multum illic halec capitur, &  
 patet mercatoribus liber accessus, si tamen ante Deo ter-  
 ræ legitima sua persoluerint. Affuit tunc forte Godescal-  
 cus quidam sacerdos Domini de Bardewich, inuitatus ut  
 in tanta populorum frequentia ageret ea quæ Dei sunt.  
 Nec hoc latuit diu sacerdotem illum barbarum, & accer-  
 sitis rege & populo, nunciat irata uehementius numina,  
 nec aliter placari posse nisi cruore sacerdotis, qui peregrini  
 inter eos sacrificium offerre præsumpsisset. Tunc  
 barbara gens attonita, conuocat institorum cohortem,  
 rogatq; sibi dari sacerdotem, ut offerat Deo suo placabi-  
 lem hostiam. Renitentibus Christianis, centum marcas of-  
 ferunt in munere. Sed cum nihil proficerent, cœperunt  
 ructare uim, & crastina bellum indicere. Tunc institores  
 onustis iam de captura nauibus, nocte illa iter aggressi  
 sunt, & secundis uentis uela credentes, tam se quā sacer-  
 dotem atrocibus ademere periculis. Quamuis autem odi-  
 um Christiani nominis & superstitionum fomes plus om-  
 nibus Slaus apud Rános inualuerit, pollebant tamen  
 multis naturalibus bonis. Erat enim apud eos hospitalita-  
 tis plenitudo, & parentibus debitum exhibent honorem.  
 Nec enim aliquis egenus aut mēdicus apud eos repertus  
 est.

Rugij huma-  
 ra hostijs ido-  
 lo suo litare  
 soliti.

Virtutes Ru-  
 gianorum.



est. Statim, n. ut aliquem inter eos aut debilem fecerit infirmitas, aut decrepitem aetatem, heredis curam delegatur, plena humanitate fovendus. Hospitalitatis enim gratia, & parentum cura, primum apud Slaus uirtutis locum obtinent. Cæterum Rugianorum terra ferax frugum, piscium, atque ferarum est. Urbs terre illius principalis dicitur Archona.

*Archona o-  
lim præcipua  
urbs Rugiæ,  
quæ hodie non  
amplius ex-  
stat.*

# De bello Heinrichi Leo

nis aduersus Waldemarum Regem  
Daniæ, Cap. XIII.

**A**Nno ergo incarnati uerbi MCLXVIII, fundatum est opus nouæ plantationis in terra Rugianorum, & ædificatae sunt Ecclesiae, & praesentia sacerdotum illustratae. Seruieruntque Regi Danorum sub tributo, & accepit filios nobilium obsides, & abduxit eos secum in terram suam. Hæc autem acta sunt tempore quo Saxones ciuilia bella gerebant. Postquam autem Dominus pacem reddidit, confestim Dux misit legatos ad regem Danorum requirens obsides, & medietatem tributorum quæ soluunt Rani, eo quod laudatum & iuramento firmatum esset, ut quascunque gentes Rex Danorum expugnare uoluisset, dux ferret auxilium, & cum participatione laboris, fieret etiam particeps emolumentum. Cumque renueret Rex, & Nuncij redissent inacti, dux ira permotus uocauit Principes Sclauorum, & mandauit ut ultionem facerent de Danis. Vocati sunt, & dixerunt assensus. Et obaudierunt ei cum læticia. Qui misit illos, & amoti sunt uectes & ostia, quibus iam pridem conclusum

*Heinricus  
Leo iratus re-  
gi Daniæ, per  
Slauos ei bel-  
lum infert.*

*Sclauis iussu  
Heinrici Leo-  
nis, bellum Da-  
nis inferunt.*

*Clades Danorum.*

*Prodigium.*

*Rex Daniæ,  
uastat Slauia.*

erat mare, & erumpebat uadens et inundans, & intentās exitium multis Danorum insulis et regiōibus maritimis. Et instauratæ sunt prædonum naues, & occupauerunt in terra Danorum insulas opulentas, & saturati sunt Slaui post diutinam inediā, diuitijs Danorum, incrassati, inq̃, sunt, impinguati sunt, dilatati sunt. Audiui à referentibus, quòd Mekelenburg die fori de captiuitate Danorum, septingentæ numeratę sint animæ, omnes uenales, si suffecissent emptores. Porro tantī excidiī calamitatē ostenderāt præfagia quædā. Sacerdos. n. quidam in terra Danorum, quæ dicitur Alfse, assistens sacro altari, cū subleuasset calicem, sumpturus hostiam, ecce uisa est in calice species carnis & sanguinis. Ille de timore tandem resumpto spiritu nō audens sumere insolitæ uisionis speciem, transijt ad Pōtificem, ibi in cōuentu Cleri calicem uidendū obtulit. Cū multi dicerēt id factum diuinitus, ad confirmandā plebis fidem, Pōtifex, altiori sensu, protestatus est grauem ecclesiæ imminere tribulationem, & sanguinem Christiani populi multum fundendum. Quoties. n. sanguis martyrum effunditur, Christus denuo in membris suis crucifigitur. Nec prophetantis sefellere uaticinia. Vix enim præterierunt dies 14. & superueniens exercitus Slauorum, occupauit omnem terram illam, ecclesias subuertit, & populū captiuaui, omnem uero resistentem percussit in ore gladii. Diu ergo siluit rex Danorum, dissimulans gentis suæ ruinas. Reges. n. Danorum, segnes & discincti, & inter cōtinuas epulas semper poti, uix aliquādo sentiunt percussuras plagarum. Tandem ueluti somno exictus rex Daniæ, congregauit exercitum, & percussit partem modicā Cipanæ regionis. Filius quoq̃ regis ex concubina natus

Christophorus

Christophorus nomine, cū mille, ut aiunt, loricis, uenit Al-  
 denburg, quæ Danicè dicitur Brandenhuse, & percussie-  
 runt maritima illius. Ecclesiam uero, cui deserviebat Bru-  
 no sacerdos, non læserunt, nec attigerunt penitus bona sa-  
 cerdotis. Recedentibus ergo Danis, Slauī ē uestigio pro-  
 secuti sunt, et damna sua ultione decupla cōpensauerunt.  
 Dania. n. ex maxima parte in insulas dispersita est, quas  
 ambit mare circumfluum, nec faciliē caueri possunt insidię  
 Piratarū, eo q̃ ibi sint promōtoria latebris Slauorum ap-  
 tissima, unde clā egredientes, percutiunt de insidijs incau-  
 tos. Slauī. n. clandestinis insidijs maximē ualent. Vnde etiā  
 recēti adhuc ætate, latrocinialis hęc cōsuetudo, adeo apud  
 eos inualuit, ut omisis penitus agriculturæ cōmodis, ad  
 nauales excursus, expeditas semper intenderint manus, Mos Slauo-  
 unicam spem & diuitiarum summā in nauibus habentes rum in ædifi-  
 citā. Sed nec in cōstruendis ædificijs operosi sunt, quin po-  
 tius casas de uirgultis contexunt, necessitati tm̃ consulen-  
 tes aduersus tempestates & pluuias. Quoties aut̃ bellicus  
 tumultus insonuerit, omnem annonā paleis excussam, au-  
 rum, atq; argentū & preciosa quæq; fosis abdūt, uxores  
 & paruulos munitionibus uel certe syluis contutant. Nec  
 quicq; hostili patet direptioni, nisi tuguria tm̃, quorum a-  
 missionem facilimā iudicant; Danorum impugnationes,  
 pro nihilo ducunt, imo uoluptuosum existimant manum  
 cū eis conferere. Solus eis Dux est formidini, qui protriuit  
 robur Slauorum super omnes duces qui fuerunt ante eū,  
 plus multo q̃ ille nominatus Otto, & misit frenum in ma-  
 xillas eorum, & quo uoluerit, declinat eos. Loquitur pa-  
 cem, & obtemperant; mandat bellum, & dicunt, a sumus.

Slauī uicissim  
 uastant Dani-  
 am.

Dania situs.

Slauorum in-  
 genia.

Mos Slauo-  
 rum in ædifi-  
 cando.

Heinricus  
 Leo, præci-  
 pue Slauos  
 domuit.



## De reconciliatione Re-

gis Danorum Vualdemari, & Heinrichi  
Leonis, Cap. XIII.

*Rex Danie  
Vualde-  
marus, & Hein-  
ricus Leo, re-  
conciliantur.*

*Fridericus  
iste, filius fuit  
Imperatoris  
Conradi Sue-  
ui, & in Ita-  
lia cum imp.  
Friderico mi-  
litans, peste  
perijt, ut su-  
pra etiam est  
cap. 10. lib. 2.*

*Heinricus  
Leo filiam su-  
am dat ux-  
orem filio re-  
gis Vualde-  
mari.*

*Pax reddita  
Danie &  
Slauie.*

**R**EX ergo Danorum perspecta calamitate gentis  
suae, uidit tandem quia bona est pax, & misit Lega-  
tum ad fortissimum Ducem, rogans praebere sibi locum  
familiaris colloquij ad Egdoram. Et uenit Dux ad expeti-  
tum placiti locum in natiuitate sancti Iohannis Baptistae.  
Et occurrit ei Rex Danorum, & exhibuit se primum ad  
omnem uoluntatem Ducis. Et recognouit ei medietatem  
tributorum & obsidum, quae dederant Rani, & de aera-  
rio fani & quam portionem, & ad singula quae Dux iudica-  
uit exigenda, deuote paruit Rex. Et renouatae sunt inter  
eos amicitiae, & inhibiti sunt Slaui, ne de cetero impugna-  
rent Daniam. Et facti sunt uultus Slauorum subtristes,  
propter confederationem Principum. Et misit Dux nun-  
cios suos cum nuncijs regis in terram Ranorum, & serue-  
runt ei sub tributo Rani. Et rogauit rex Danorum Du-  
cem, ut filiam suam uiduam Fretherici nobilissimi Princi-  
pis de Radenburg daret filio suo, qui iam designatus erat  
rex, in uxorem. Interuentu itaque magnorum Principum,  
consensit Dux, & misit filiam suam in regnum Danorum,  
& facta est laetitia magna omnibus populis borealium na-  
tionum, iocunditas & pax simul orta est. Et mutatum est  
gelidum illud frigus aquilonis, in lenes austri flatus, & ces-  
savit maris uexatio, & detumuerunt procellae tempesta-  
tum. Et pacata est uia transeuntibus à Dania in Slauiam,

& ambulauerunt mulieres & paruuli per eam, eo quòd  
 submota sint offendicula & defecerint prædones in uia.  
 Omnis enim Slauium regio incipiens ab Egdora (qui  
 est limes regni Danorum) & extenditur inter mare Bal- *Tota Slauium*  
 thicum & Albiam, per longissimos tractus usq; ad Zue- *facta Saxonum*  
 rin olim insidijs horrida, & pene deserta, nunc dante Deo *colonia.*  
 tota redacta est uelut in unam Saxonum coloniam, & in-  
 struuntur illic ciuitates & oppida: multiplicantur Eccle-  
 siæ, & numerus ministrorum Christi. Pribizlauus quoq;  
 deposita diuturnæ rebellionis obstinacia, sciens quia non *Rostochiis*  
 expedit sibi calcitare aduersus stimulum, sedit quietus & *extructum*  
 contentus funiculo portionis sibi permissæ, & ædificauit à Pribizla-  
 urbes, Mekelenburg, llowe, & Rozstock & collocauit in *uo.*  
 terminis eorum Slauium populos. Et quia Slauium  
 Latrones inquietabant Teutonicos, qui habitabāt Zue-  
 rin, & in terminis eius, Guncelinus præfectus castri, uir  
 fortis & satelles Ducis, mandauit suis ut quoscunq; Sla-  
 uorum inuenissent incedentes per auiam, quibus non  
 esset euident ratio, captos statim suspensio neca-  
 rent. Et cohibiti sunt ut cunq; Slaui à  
 furtis, & à latrocinijs suis.

Haftenus Helmoldus,

# SECVITVR

## cōtinuatio Historiarum

HELLMOLDI, SCRIPTA AB AR-  
noldo quodam, ad Episcopum  
Racesburgensem.

*Prefatio.*



Domino & Patri, Philippo, Racesburgensis  
Ecclesiæ antistiti, Arnoldus Seruorū Dei ul-  
timus, debitam in Christo reuerētiā. Quia  
bonæ memoriæ Helmoldus sacerdos histo-  
rias de tubactione seu uocatione Slauorum, & gesta Pon-  
tificum, quorum instantia ecclesiæ harum regionum inua-  
luerunt, debito fine, ut uoluit, non cōsummauit, Deo coo-  
perante huic operi uel labori insistere decreuimus, ut tam  
piæ deuotionis cooperatores existentes, uestris suffultio-  
rationibus, memoriā in benedictione sortiamur. Vnde  
rogamus prudentiam uestram, ne tenuitatem ingenij nō-  
stri, uel uerborum rusticitatem attendatis, sed caritatis de-  
uotionem, quæ confundi non meretur, pia consideratio-  
ne aduertatis. Ille etenim uir sagacis ingenij, potēs in uer-  
bis, notior in positionibus, facundo sermone diuitis uenę,  
seriem operis percurrit, nos autē de pingui Minerua distil-  
lātes uelut impeditioris lingue, et tardioris calami, cœpto  
operi reptando insistentes, humiliter procedamus, quia  
nec uoce nec calamis equiparamus Magistrū. Veritatem  
ergo historiæ sequētes, adulationem, quæ plerisq; scripto-  
rum



rum comes est, omnino damnamus, ut timorem ac gratiā excludentes fallacem, liberè quæ nobis comperta sunt, prosequamur.

Quo ergo præcipiente, uel præsidente, harum Boreali  
um regionum siue Ecclesiarum status inualuerit, ut in li-  
bro memorati sacerdotis Helmoldi contextum est, subse-  
quenter annectamus. Et quia usq; ad tempora Heinrici du-  
cis Saxoniae atq; Bauariae series decurrit, ipsum in fronte  
ponamus. Quia super omnes qui ante ipsum fuerunt du-  
riclam Slauiam perdomuit, & non solum ad tributa sol-  
uenda coëgit, sed etiā erga ueri Dei cultum, relictis super-  
stitionibus idolatriæ, humiliatis ceruicibus promptissimos  
fecit. Pacem etiā maximā in omni terra Slauiarum firma-  
uit; & omnes prouinciæ aquilonares Wagirorum, Hol-  
zatorum, Polaborum, Obotritorum, ocio & quiete uaca-  
bant, & prohibita sunt furta & latrocinia terra maricq; et  
fruebantur mercationibus & negotiationibus mutuis, et  
habitat unusquisq; sub uite & ficu sua, præsidente in  
Racesburg reuerendissimo patre Euormodo episcopo,  
in Lubeke uero Conrado episcopo uiro illustri, in Zue-  
rin quoq; Bernone uiro religioso, qui ecclesias nouellæ  
plantationis, quas Henricus Dux memoratus instituit,  
Domino incrementum dante, doctrina plantare, & ope-  
re irrigare instantissimè satagebant.

CAPVT I.  
continens cō-  
tinuationē  
ius libri cum  
superiore.

Potentia &  
felicitas  
Heinrici Leo-  
nis.

## Quomodo Henricus

Leo statuens proficisci Hierosolymam, domi-  
res suas ordinauerit, Cap. II.

**C**onfirmata ergo pace in terra Slauorum, ut dictum  
 est, magis ac magis inualescebat potentia Ducis, su-  
 per omnes inhabitantes terram, & sopita sunt bella  
 ciuilia, mediante maiestate Imperatoria, quæ erant inter i-  
 psum & Principes Orientales. Pribizlauus uero, frater  
 Bertizlauri, ex inimico factus est Duci amicissimus, scis-  
 ens, quod nil præualerent aduersus eum suscepta moli-  
 mina, considerans etiam uiri magnificentiam, & quocun-  
 que se uertebat in omnibus fortuna fauente præualebat.  
 Dux itaq; tanta potitus quiete, tantisq; fluctuationum e-  
 mensis periculis, tãquàm portum salutis commodum du-  
 xit, pro peccatis suis sanctum uisere sepulcrum, ut adora-  
 ret Dominum in loco ubi steterunt pedes eius. Ordina-  
 tis ergo rebus suis, de profectione Hierosolymitana ac-  
 rius cogitare cœpit, & terræ suæ tutelam Wichmanno Ar-  
 chiepiscopo Magdeburgensi consignâs, nobiliores terræ  
 itineris sui socios fecit, Conradum uidelicet Episcopum  
 Lubicensem, Henricum Abbatem de Brunswich, Ber-  
 toldum Abbatem de Lunenburg & memoratum Pribiz-  
 lauum regulum Obotritorum, & Guncelinum Comitem  
 de Zuerin, & Sifridum Comitem de Blanckenburg, &  
 alios quàm plures, tam de uiris suis liberis, quàm de mi-  
 nisterialibus. Et non remansit quisquam maiorum, exce-  
 pto Ecberto de Wolfelebotele, quem constituit Dux su-  
 per familiam suam, maximè tamen deputatus est in mini-  
 rium Dominae Ducissæ Machtildis, religiosissimæ foemi-  
 nae, cuius memoria & apud Deum nota est & apud ho-  
 mines, filia Regis Anglorum. Quæ lineam generosita-  
 tis suæ, quam ex longa regalium parentum prosapia tra-  
 xit, pijs operibus extulit, & caritatis insistens affectibus,  
 religionis

Henricus  
 Leo, supersti-  
 tione indu-  
 ctus, statuit  
 proficisci  
 Hierosolyma

Comites pro  
 fectionis Hie-  
 rosolymita-  
 nae.

Machtildis fi-  
 lia regis An-  
 glie, secunda  
 cōiunx Hein-  
 rici Leonis.

religionis decore uenustauit. Erat enim summæ pietatis, circa afflictos miræ compassionis, eleemosynarum larga erogatrix, & orationibus dedita; Missarum quas plurimas decantari fecit, deuotissima frequentatrix. Fidem quoque coniugij illibatam custodiens, thorum conseruabat immaculatum. Manebat autem in Brunswich, omni *Liberi Heim* tempore quo Dux peregrinatus est, quia tunc præ- *rici Leonis.* nans erat, ediditq; filiam nomine Rikezen; filios etiam ex eo post reditum suscepit, Heinricum, Luderum, Otto- nem, Willelhum, quos sicut de sancto Thobia legitur, ab infantia Deum timere docuit. Ministrabat ei Henricus de Luneburg & Ecbertus memoratus, eo quod ipse fidelis & inclytus haberetur in omni domo Ducis. Sed res aliter cesserunt. Ipse enim dedit maculam in gloriam suam, & notam perfidiae incurrit. Vnde grauius multatus est. Sed ista nunc obmittamus, quia ad alia festinamus.

## De initiis profectiois

Hierosolymitanæ, & subito interitu regis  
Vngariæ, Cap. III.

**D**Vx autem cum magna gloria profectus est de Brū *Socij peregrini* swich post octauam Epiphaniæ, & uenit cum om- *nationis ex* ni Comitatu suo Ratisbonam, ibiq; solenniter egit diem *Bauaria.* Purificationis, cum optimatibus terræ. Quorum etiam nobiliores, peregrinationis suæ socios fecit, Marchionem uidelicet Frethericum de Sudhbach, & Marchionem de



Regnam ori  
entale dixit  
pro Austria,  
uocis etymo  
logiam Lati  
ne exprimes

Vuenna Au  
strie.

Episcopus  
Vuormacien  
sis, legatione  
Imperatoris  
fungens, ad  
dit se socium  
itineris Heim  
rico Leoni.

Mesenburg.

Vngaria.

Grane.

Stire, & ita processit in regnum orientale, ad uitricum su  
um nobilem Ducem Heinricū. Qui totus festinus occur  
rit ei in castro Nuenburg, cū maximo Cleri plebisq; tri  
pudio, ubi mater eius Domina Gerthrudis, memorabilē  
fortita est sepulturam. Inde honorificē deduxit eum in ci  
uitatem Metropolitanam Wenæ, ubi comparatis nau  
uibus, frumento, & uino, cæterisq; necessarijs copiosē or  
nustatis, Dux cum suis nauale iter per deuexa Danubi  
arripuit: serui tamen cum equis uia terrestri perrexerūt,  
uespertino tempore semper uenientes ad locum determi  
natum, ubi naues applicuissent. Nec prætereūdum, quòd  
Dominus Wormaciensis huic itineri se sociauit non pere  
grinationis gratia, sed legatione functus Imperatoris, ad  
regem Græcorum Manuelem pro filia ipsius filio suo in  
matrimonio socianda. Verius tñ ob commodum Ducis  
factum creditur, ut tam familiari legatione accepta, benig  
nè ducem Rex Græcorum susciperet, & benignus per  
terram suam ducatum ei præberet. Dux etiam Orienta  
lis Austriæ instaurata classe, profectus est ducem Saxo  
niæ, ducatum ei præbens, & necessaria hospitalitatis abū  
dantissimè administrans. Cum magna ergo commodita  
te ad ciuitatem quæ Mesenburg dicitur, peruenerūt, quæ  
sita est in cōfinio terræ Vngariæ, ubi Legatus Regis Vn  
garorum, Florentius dictus, paratus fuit ad excipiendū  
ducem Saxonix unā cum duce orientalis Austriæ, cui  
us sororem Rex habebat, & ita procedentes cum sum  
ma tranquillitate, applicuerunt ad urbem quandam quæ  
naturaliter est munitissima. Nam ex uno latere cingitur  
Danubio, ex alio, alueo profundissimo, qui Grane dici  
tur, à quo arx & ciuitas, quæ in altera ripa sita est, nomen  
accepit.

accepit. Grauis autem mœsticia Ducem illic perculit. Nā *Rex Vngariae, ea ipsa nocte, quā af-*  
 ipsa nocte, rex ueneno interiit, appotiat, ut dicitur, à fra *finis eius, &*  
 tre suo, quem de terra eiecerat. Vnde graui afflictione cō *Heinricus*  
 stricti ignorabant quid facerent. Dux enim Saxoniae, gra *Leo ad eum*  
 uiter cum suis angebatur, quòd in peregrinatione consti *uenerunt, ue-*  
 tutus, tutò ulterius progredi non posset, quia morte Res *neno extim-*  
 gis quasi præfocatus, ducē uiæ habere non poterat. Nec *atus.*  
 minus alter affligebatur, de tam subito Regis interitu, eo  
 quòd intestatus obijisset, & sororem suam, uiduam, præ-  
 gnantem tamen, quasi exortē regni, sine hærede reliquis-  
 set. Cōsilio autem habito, misi sunt ad Archiepiscopum,  
 qui tunc in ciuitate cōstitutus erat regij funeris exequijs  
 occupatus, Conradus Episcopus, Heinricus Abbas, Ber-  
 toldus Abbas, ut ipsius ordinatione Dux Saxonie ducem  
 itineris habere posset. Qui beneuolum se huic negotio ex-  
 hibuit, & conuocatis Principibus, tandem ordinatum est,  
 ut Florentius suprā memoratus, cum Duce procederet,  
 uia qua cœperat.

## Continuatio profectio-

nis usq; ad urbem Cōstantinopolim, deq; periculo  
 Heinrici Leonis & sociorum apud Seruiæ  
 urbem Rauenellam, Cap. III.

**D**imissus ergo Dux & sui, prosperè nauigabant per  
 aliquot dies, & inciderunt periculum quod uulgari *Cataractæ*  
 ter Schere dicitur, quia ibi scopuli immanissimi ad instar *Danubij.*  
 montium prominentes, quorum uni castellum impositū

*Henricus  
Leo in uor  
tice Danubij  
nau fracta  
periclitatur.*

est, interceptis aquis meandi facultate subtracta difficilissimum illic nauigantibus transitum fecerunt: aquæ enim in arctum collectæ, primò quidem consurgentes intumescunt, & postea magno fragore in præceps cadunt.

*Danubium,  
terra absor  
betur, & rur  
sus redditur.  
Qua de re,  
fides penes  
autore esto.  
Nihil. n. tale  
de Danubio  
à receptis au  
thoribus tra  
ditur.*

Omnes tamen naues, nutu Dei, illic illasæ transferunt, sed solus Dux ibidem naufragium pertulit. Quod uidentes ij qui in castello erant, nauicula arrepta, eum ad terram traxerunt. Gunzelinus uero, & Iordanis Dapifer, cum alijs, natando euaserunt. Restaurata ergo nauis, peruenerunt Brandiz, urbem Regis Græcorum, ubi deficientibus aquis, naues in sicco steterunt. Ibi enim Danubius subterraneo meatu absorptus, in amnem parauissimum deriuatur, & post longa terrarum spacia, turgentibus fluctibus ebulliens, in Sowam protrahitur. Relictis ergo nauibus, terrestrem uiam ingressi, intrauerunt nemus illud maximum & notissimum quod Bulgerwald dicitur, ubi multum laborauerunt, tam ipsi quam equi eorum, trahentes in plaustris & carrucis copiam uictualium.

*Bulgeren  
wald, s. y. l. u.  
Seruicæ.*

Cumque creberrimè plaustra contenderent, & omnes nimio labore deficerent, in reficiendis & subleuandis curribus, & processum nullum haberent, eo quòd dictum fuisset, ut una carruca cōfracta, oēs confisterent, donec ea resecta oēs procederent, animaduertens Dux quòd ob tædium tanti laboris nimiam facerent moram progrediendi, præcepit ut relictis plaustris uictualia iumentis imponerent, & sic abirent. Vide, res ego immensos aceros farinæ purissimæ proiectos, uasa uinaria plurima, & uino plena relictæ, & quicquid accuratius sibi quisque præparauerat diuersis condimentis. Procedentes ergo, appropriabant urbi, quæ Ra-

uenellæ



uenellæ dicitur, quæ in medio nemoris sita est, cuius <sup>Rauenella et</sup>  
 habitatores Serui dicuntur, filij Belial, sine iugo Dei, <sup>uitas Seruicæ</sup>  
 illecebris carnis, & gulæ dediti, & secundum nomen <sup>Barbaries</sup>  
 suum immundicijs omnibus seruietes, & iuxta loco <sup>Servianoræ</sup>  
 rum qualitatem belualiter uiuendo, bestijs etiam agrea  
 stiores. Subiecti tamen noscuntur Regi Græcorum,  
 cuius Legatus Ducem præueniens, qui tunc cum ipso  
 erat, præcepit, ut Ducem in castro honorificè suscipe  
 rent, & ut deceret Regis magnificentiam, in omnibus  
 ei honestissime deferuirent. Qui eius monita siue præ  
 cepta contemnentes, dimiserunt eum uacuum, ac sine  
 honore abiecerunt. Qui reuersus ad Ducem, nuncia  
 uit ei quod audierat. Et uenit Dux cum suis prope urbem,  
 & ibi castra metatus est. Et iterum misso nun  
 cio, mandat se pacificè uenire, rogans ut conductorem  
 ab eis accipiat, & sic in pace discedat. Cumque hoc sæpi  
 us attentatum fuisset, & nihil profecissent, Dux ait ad suos:  
 iustum quidem est, ut in peregrinatione positi, cum  
 omni pace & mansuetudine incedamus, & ideo cum si  
 gnis bellicis ad urbem Regis, ad quam tendimus, pro  
 cedere non debuimus: Sed quia isti filij Belial quæ pa  
 cis sunt non sectantes, bellum nobis intentare uiden  
 tur, leuate signa, & procedamus. Deus patrum nostro  
 rum nobiscum sit, pro cuius nomine peregrinamur, &  
 eius \* præcepta secuti domos & fratres, uxores & fili  
 os, & agros reliquimus. His uiribus utendum est, pu  
 gnemus fortiter, quicquid ipsi placuerit, fiat, quia siue ui  
 uimus siue morimur, Domini sumus. His dictis leuantes  
 signa profecti, præterierunt urbem, nec longe castra metati  
 sunt, in ualle longissima, super riuum perlucidum, habentes

\*  
 Vide supersti  
 tionem. Quod  
 enim erat  
 hoc Dei præ  
 ceptum ad eum  
 di Hierosoly  
 mam.

à dextra, montana, à sinistris uero rubum spinarum densissimum. Hoc ergo muniti præsidio, accenderunt ignes maximos, & ordinatis excubijs per castra, curam corporis habuerunt, & dormitum est. Cum ecce media nocte Serui in unum ex omni nemore conglobati, fecerunt quatuor turmas, & per uices in quatuor partibus ululantes, inualescebant maximis uociferationibus, sperantes se sic terrere exercitum Ducis, ut fugientes bona sua proijcerēt & ipsi prædam raperent. Dux autem consurgens cum suis ad arma conuolabat, & circuibat Henricus Marschalcus, cogens milites omnes ad uexillum Ducis conuenire. Serui etiam ex una parte sub custodia eques seruabant, quibus mandatum erat, ut si priores insultus hostium exceperant, sine mora militibus nunciarent, ut præsidio eis fierent. Fuit autem numerus uirorum educentium gladium, ducenta millia. Cumque, ut dictum est, milites omnes ad Ducem uenirent, ascenderunt ad eum etiam Conradus Episcopus, & Abbates, Henricus & Bertoldus, & sedebant iuxta Ducem. Duce autem sedente in armis, accensus est clibanus ingens, & stabat ante eum Gunzelinus Comes, & quique robustiores, mutuis se cohortationibus confortantes, & subito prodijt sagitta, & cecidit prope eos. Vnde exterriti, celerius arma corripunt. Subito autem uenit qui diceret castra Domini Wormaciensis ab hostibus occupata, & militem unum mortuum, sagitta percussorū, & seruos duos, quorum alter usque ad medium diem superuixit, & mortuus est. Tela enim habent toxicata, & quicquid uulnerauerint mortem euadere non potest. Audito ergo tam tristi nuncio, subito missi sunt ad castra Episcopi, uiginti milites locati,

*Serui noctu  
opprimere  
Ducem cum  
suis conātur.*

*Seruiani, Ca  
stra episcopi  
Vuormacien  
sis irrūpunt.*

ricati, qui uenientes, hostes fortiter cedendo premebant,  
 & unus balista feriens, nutu Dei è regione percussit du-  
 cem illorum & transfodit eū. Illo cadente, alij fugam inie-  
 runt, & nō adiecerunt ulterius impetere castra Ducis. Fa-  
 cto autem mane, orta est nebula densissima, & præcepit  
 Dux ne castra mouerēt, donec deficeret nebula. Cum ue-  
 ro sol incaluisset profecti sunt, & uiderunt eminus hostes  
 tota die insidiantes, si aliquem ex eis rapere potuissent, &  
 sic illæsi transito nemore, tenuerunt ciuitatem Niceam.  
 Vbi Dux honorifice susceptus est, & lautissimè ministras-  
 tum est ei, & omnibus suis, de impensa regia. Inde du-  
 ctus est Andernopolim, deinde & Vinopolim, et ita profe-  
 cti in parasceue uenerunt prope Constantinopolim. Ibiq;  
 celebrantes Dominicam passionem, & sabbatum sanctū,  
 mane in die sanctæ resurrectionis, peractis solenniter my-  
 sterijs, & prandio facto ascenderunt curiam regis. Præmi-  
 serat autem Dux munera multa & optima, iuxta morem  
 terræ nostræ, equos pulcherrimos sellatos & uestitos, lo-  
 ricas, gladios, uestes de Scharlatto, et uestes lineas tenuis-  
 simas.

Niceam in-  
 telligit, urbē  
 Seruicæ.

Adrianopo-  
 lis.

Phinopo-  
 lim legendū,  
 quæ est urbs  
 Thraciæ, nō  
 procul à Co-  
 nstantinopoli.

# De disputatione nostro

rum cum Græcis, habita Constantinopoli, de  
 processione spiritus sancti, Cap. V.

Henricus  
 Leo, ab impe-  
 ratore Con-  
 stantinopoli-  
 tano honori-  
 ficè exceptus

**R**Ex ergo indutus ornatu regio, cum summis Pontifi-  
 cibus & Principibus & optimatibus, præstolabatur  
 aduentū Ducis. Erat autem in eodem loco curia uenatio-



*Aurifrigijs,  
dixit pro ue  
stibus auro,  
opere Phry  
gionum con  
textis.*

*Disputatio  
Germ. mortu  
cum Græcis,  
de processio  
ne spiritus  
sancti.*

*Heinricus  
Abbas Brun  
swicensis, Græ  
cos testimo  
nijs sacre  
scripture &  
ecclesiastico  
rum patrum  
convincit, spi  
ritum sanctum  
procedere à  
patre & fi  
lio.*

nis latissima & planissima, murata, & ad ostendendam glo  
riam diuitiarum suarum, preceperat Rex Principibus &  
optimatibus suis, ut omnes solenniter huic interessent læ  
ticiæ. Videres ergo illic tentoria innumera erecta, byssis  
na, purpurea, cum capitibus aureis, & pro uniuscuiusque ma  
gnificentiâ, uario decore ornata. Veniens ergo Dux, glo  
riosè susceptus est, & quia processions sollemnitas instabat  
procedebat Rex cum Duce, Erat autem strata semita quæ  
dam tota purpurea, desuper tecta aurifrigijs & ornata  
aureis lampadibus & coronis. Hanc incedebat statio Cle  
ricorum & Pontificum, prosequente rege cum Duce, &  
militibus tantum peregrinis. Et ita procedebant ad tento  
rium aureum, quod totum incanduit gemmis & lapidibus  
preciosis. Inde per eandem viam reuersi sunt ad Ecclesi  
am, & collocatus est Rex in excelsio throno suo, & Dux  
in alio, iuxta eum, & missarum sollemnia celebrabantur.  
Igitur post meridiem cum rex cum Duce lætior esset, mo  
uit quæstionem Dominus Wormatiensis una cum Lubl  
cenſe, cum literatioribus Græcorum, de processione spiri  
tus sancti. Dicunt enim Græci, spiritum sanctum procede  
re tantum à patre & non à filio, uerbis Domini nimis ad  
hærentes, qui de processione spiritus sancti loquens ait:  
Cum uenerit Paraclitus qui à patre procedit &c. Oppo  
nentibus autem nostris, Quia spiritus sanctus procedit à  
filio sicut à patre, quia spiritus sanctus est Patris & filij, &  
cum spiritus sancti gratia dat hominibus, profecto mitti  
tur & à filio, procedit à Patre, procedit & à filio, Quia ei  
us missio, ipsa processio est. Græcis uero adhuc contradi  
centibus, quasi plenis autoritatibus nondum essent con  
clusi, Abbas Heinricus, uir literatissimus & facundissi  
mus,

mus, modestè inchoans: Nunc erratis, inquit, ô catholici & religiosi uiri, dicentes spūm sanctum tm̄ à patre procedere, & nō à filio. q̄a plane p̄cedit à filio sicut à patre, Quod *Testimonia sacre scriptu* negare hereticorū est. Quod, n. de utroq; procedat, diuino *ra.* rū eloq; uorū testimonijs comprobaf. Dicit, n. Apostolus, *1.* Misit Deus spūm filij sui in corda nostra. Ecce hic dicif (pi *2.* ritus filij. Et ibi. Qui autē spūm Christi non habet, hic nō est eius. Ipse etiā filius de spū sancto in Euāgelio ait: Quē ego *3.* mittā uobis à patre. Patris autē spiritus dictus est, ubi legif, *4.* Spūs eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis. Et ipse Christus dicif: Non, n. uos estis qui loquimini, sed *5.* spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et alio loco: Quem mittet pater in nomine meo. His et alijs auctoritati *6.* bus ostendif, q̄ spūs sanctus procedit à patre & filio. Ad illud autē, quod de Euāgelio opponitis, qui à patre procedit, ita respōdemus, quia cū dicat in eo Veritas, spūm sanctū à patre procedere, nō addidit solo, & ideo etiā à se procedere non negat, sed ideo patrem tm̄ nominat, q̄ ad eum etiā solet referre, etiā qd̄ ipsius est, quia ex illo habet. *Testimonia* Vestrī etiā Doctores, unā eandemq; sententiam esse intelligē *Græcorum* res, qua spūs sanctus dicif p̄cedere à patre & filio, & esse *Scriptorū ec* spūm filij sicut Patris, professi sunt spiritū sanctū procede *clesiasticorū.* re à filio sicut à Patre. Vnde Athanasius in symbolo fidei: *1. Athanasij.* Spūs sanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedēs. Ecce spūm sanctū à patre dicif p̄cedere & à filio. Item Iohannes Chrysostomus in Homilia *2. Chrysosto* quadā sic ait: Iste est procedens à patre & filio, qui diuidit *mi.* dona propria prout uult. Item Cyrillus Episcopus, Spūs, *3. Cyrilli.* inquit, sanctus, intelligitur per se, secundū quod spiritus est, & non filius, sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus

enim ueritatis nominatur, & profluit ab eo eo, sicut à Deo patre. Ecce etiam à uestris doctoribus aperta habetis testimonia, quibus Spiritus sanctus à Patre & filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur Spiritum sanctum procedere à Patre & filio. His alijsque autoritatibus, maxime suis, non ualebant contradicere Magistri Græcorum, concedentes spiritum sanctum procedere à patre & filio. Et magnificatus est Abbas Heinricus in cōspectu Regis, & Pontificum, collaudantes doctrinam eius, & fidem non modicam adhibentes uerbis illius. Regina autem donauit Duci Samittos plurimos, ita ut omnes milites suos uestiret Samittis, quibus addidit regina cuiuslibet militi pelles uarias, & pelliculam Zobilinam.

## De nauigatione Ducis

a Constantinopoli in Palestinam, & periculo in mari, Cap. VI.

**P**orro rex dedit ei nauem firmissimam, necessarijs omnibus copiose ditatam, & ingrediens Dux cum suis, nauigare cœpit. Et factus est motus magnus in mari, ita ut præ nimia tempestate omnes mortem sibi proximam formidarent. Erat autem ibi quidam, bonæ conuersationis, qui ob imminens periculum grauiter anxiebatur, & inter ipsas mentis & pelagi fluctuationes, repente somno depressus, uidit astantem sibi uirginem pulcherrimam, quæ dixit ad eum: Times maris periculum? Et ille, Domina, inquit, clarissima tenent nos angustie, & nisi Deus cœli respex

Heinricus  
Leo, coorta  
tempestate,  
periclitatur  
in mari.



lirespexerit nos, quātocyus peribimus. Et illa, cōfide, inqt, *Somnū haud*  
 nō peribitis, sed ppter orationes cuiusdā q̄ in hac nauī me *dubie oriū à*  
 inuocare nō cessat ab instanti periculo liberi eritis. Quod *ludificatione*  
 de q̄ dictū fuerit quamuis expressum nō sit, tamen q̄ uide- *diaboli, ad cō*  
 rat, de Heinrico Abbate dictū sibi affirmabat, quia q̄ in spi- *firmandā ido*  
 ritu Dei uidet, pauca quidem audit, sed plura intelligit, *latricam in*  
 Nec fefellit uisio. Deniq̄ facto die inualescebant procelle, *uocationem*  
 & nauis in medio mari aetabatur fluctibus. Et inciderūt *sanctorum.*  
 periculum marinum, ut superius in Danubio, quod dicis-  
 tur Skere, & timuerunt nautæ uehementer. Erant autem  
 ibi petræ acutissimæ à dextris & à sinistris, & nauis in me-  
 dio. Cumq̄ nimis turbarentur, aspexerunt nautæ lapides  
 patētes quasi ostiū, et direxerunt uelum contra ipsum,  
 & ecce cecidit spiritus procellæ, & siluerunt fluctus eius:  
 & subito nauis illæsa pertransiit, & laudauerunt Domi-  
 num, qui mortificat & uiuificat, deducit ad inferos &  
 reducit.

## De ingressu ducis Hein

rici in urbem Hierosolymam, & donis ibi  
 ab eo oblatis, Cap. VII.

**D**Vx igitur applicans ad Accaron, magnificē susce- *Henricus*  
 ptus est ab Accaronitis, & ascensis equis, rabitis, *Leo cum suis*  
 mulis, quidam etiam asinis, processerunt ad urbem Hiero- *uenit Hiero*  
 solymitanam, & occurrerunt ei Templarij & Hospitala- *solymam.*  
 rj, cō grandi comitatu, & honestissimē excipientes Ducē

duxerunt in sanctam ciuitatem, & susceptus est à Clero  
 cum hymnis & laudibus Dei. Obtulit autem Dux ad san-  
 ctum sepulcrum pecuniam multam, & Basilicam in qua  
 lignum Domini repositum est, ornaui musiuo opere, &  
 ostia eiusdem Basilicæ uestiuit argento purissimo. De-  
 putauit etiam redditus annuos ad cereos comparandos, in-  
 giter ad sanctum sepulcrum arsuos. Templarijs quoque  
 & Hospitalarijs dedit dona et arma plurima & mille Mar-  
 cas argenti, ad comparanda prædia, quibus Tyrones te-  
 neantur tempore belli. Rex autem in domo propria fecit  
 ei cum suis conuiuium per triduum. Visitatis ergo om-  
 nibus locis sanctis, in Iosaphat, in monte Oliueti, in Beth-  
 lehem, in Nazareth, abiit ad Iordanem, deducen-  
 tibus eum templarijs, & inde ascendit Quaretenam. Illic etiam  
 Henricus Abbas cum difficultate magna ascendit, quia  
 corpore exhaustus erat, celebrans ibi diuina, quæ etiam  
 ad omnia illa sancta loca deuotissimè celebrauit ob me-  
 moriam Domini nostri Iesu Christi, quam corporaliter tibi  
 exhibuerat, & gloriose genetricis eius, cui etiam in om-  
 ni peregrinatione illa, cilicio indutus, deuotissimus ex-  
 titit, in abstinentijs, in orationibus, primo semper diluculo  
 antequàm castra mouerentur, completis matutinis  
 horum uigilijs, cum pleno officio missarum ei  
 solennia celebrans, & hostiam salutarem  
 tam pro se quàm pro omni exercitu  
 illo peregrino incessanter  
 offerens.

# De obitu Conradi epi-

scopi Lubicensis, & Bertoldi Abbatis,

Caput VIII.

**D**VX autem regressus est Hierosolymam, & detinu-  
it eum illic Dominus Patriarcha duobus diebus. In- *Henricus*  
dereuersus in Accaron, & ita ualedicens omnibus, etiam *Leo, proficiat*  
suis, Conrado uidelicet Episcopo, & Bertoldo Abbati, *citur Antio-*  
profectus est Antiochiam, prosequentibus eum Templa- *chiam.*  
rijs, cum turba multa. Conradus autem Episcopus agro-  
tabat infirmitate, qua & mortuus est. Cum autem Dux  
abisset, Dominus Episcopus moleste ferens eius disces-  
sum, habens etiam quædam negocia ei insinuanda, cum  
Abbate Bertoldo, Barcham ingrediens nauigio eum in-  
sequitur. Crescente autem corporis molestia, cum iam ap-  
plicarent ad ciuitatem quæ Surs dicitur uel Tyrus, spiri- *Conradus epi-*  
tum reddidit. Cuius corpus in ciuitatem perlatum hone- *scopus Lubi-*  
stissimè terre reconditū est, agēte id Gūzelino Comite, & *censis prope*  
alijs amicorum Ducis, qui præsentēs fuerunt. Bertoldus *urbem Tyrū*  
autem Abbas rediens Accaron, post triduum & ipse ui- *moritur-*  
tam finijt. Dux autē hoc audito, grauiter contristatus est.  
Henricus uero Abbas cū duce perrexit uia qua cœperat.

# De profectione Ducis

Heinrici Leonis ad Soldanum, Cap. IX.



*Milo Prin  
ceps Sarrac  
enar.*

*Portus Sy  
meonis, ciui  
tas Syriæ.*

*Heraclia  
urbs.*

*Henricus  
Leo, à Solda  
no honorifi  
cè exceptus  
et benignissi  
mè tractatus.*

**I**gitur Dux missis Legatis ad Milonem Sarracenum,  
rogauit ut per terram suam ducatum ei præberet. Qui  
missis ad eum uiginti uiris de nobilibus suis, manda  
dat se paratissimum esse, cum honore & summa pace per  
terram suam illum deducere. Quod comperiens Dux in  
dolo factum, noluit per terram suam transire. Princeps ue  
ro Antiochiæ, qui eum honestè tractauerat, naues ei pro  
uidit, quas ingressus cum equis, & omnibus quæ habe  
bat, ad ciuitatem quæ dicitur portus Symeonis expansis  
uelis nocte & die eundo partem quandam terræ illius  
præterijt. Cumq; ad ciuitatem quandam applicuissent  
quæ dicitur Torsult, Sarracenicè uero Tortum (quam  
postea idem Milo expugnans sibi subiugauit in ultionem  
quòd peregrini ibi præterlapsi fuissent,) Soldanus Prin  
ceps Turcorum misit ei quingentos milites, qui eum per  
terram Milonis deducerent cum omnibus quæ ipsius e  
rant. Profecti autem per triduum transierunt per ter  
ram desertam & inuiam, & inaquosam, terram horroris  
& vastæ solitudinis, quæ Rumenia deserta dicitur, ubi  
multum laborauerunt, portantes in equis omnia necessa  
ria, etiam aquam quam biberent tam ipsi quam iumenta  
ipforum. Et ita peruenerunt ad ciuitatem quæ iuxta lin  
guam Turcorum dicitur Rakilei, in nostra lingua Eraclia,  
quam Princeps Hierosolymitanus Eraclius olim tene  
bat, qui occidit Cosdræ qui Hierosolymam cœperat,  
& lignum Domini in captiuitatem asportauerat. Dux il  
le perueniens, magnificè susceptus est à Turcis, & inde  
deductus est Axarat, ubi occurrit ei Soldanus letissimus,  
amplexatus & deosculatus eum, dicens eum consanguineum

neum suum esse. Cumq; Dux perquireret affinitatem  
consanguinitatis, ille respondit: Quædam nobilis matro-  
na de terra Teutonicorum, nupsit Regi Rhenorum,  
qui genuit ex ea filiam, ex qua ego descendi. Benedice-  
bat autem Soldanus Deum cœli, quia Dux Milonem eua-  
serat, dicens eum infidelem, & traditorem, & si in terram  
eius deuenisset, profecto eum rebus uel etiam uita spo-  
liasset. Dedit autem ei dona plurima, mantellum & tu-  
nicam de optimo serico, qui propter operis excellentiam  
fecit inde Casulam & Dalmaticam. Posthæc adducti sunt  
ei equi mille octingenti, ut eligeret quos uellet. Dixit ergo  
Dux militibus suis, ut quisq; acciperet sibi equum quem  
uoluisset. Inde adducti sunt Caballi fortissimi triginta  
cum frenis argenteis & bullis optimis, de pallio & ebore  
compositis, quos Duci tradunt. Dedit etiam ei sex  
domos filtrinas, secundum morem terræ  
illius, & sex Camelos, qui eas  
ferrent.

Reliqua in manu scripto codice  
desyderantur.

Pagina prima, número 1. linea 5. à fine, ubi Helmoldus ait, q. in modum  
baltci longo tractu &c. addatur in margine hoc Scholion. Probabilius est no-  
men esse germanicum, non latinum, ut & Saxonica lingua nominat, den Belt.  
Plinius & Solinus etiam Baltiam insulam germanie alicubi nominant.

Número 2. linea 17. ubi Helmoldus inquit: Nam Ruthenum mare breui in  
Graciam transmittit, ponatur in margine hoc Scholion: Hoc dictum ex vulgi  
opinionem & geographie ignorantia uidetur, & reprehenditur etiam ac pro-  
lixè refutatur ab Alberto Cranzio, in opere cui titulum fecit Vandalia. &  
si ubiq; aliàs honorifice historicum hunc Helmoldum citat,

Frankfurti, excudebat

Petrus Brubachius, Anno Domini  
M. D. LVI. Mense Augusto.










232 308I  
cimetion





\*KSIEGARNIA\*

---

ANTYKWARIAT

---



5000



270407

F

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX



Biblioteka Śląska

232308

I

Starodruki